PAVLI DE CASTRO SECVNDA SVPER CODICE.



CLARISSIMI IVRIS VTRIVSQVE DOCTORIS PAVLI CAstrensis Commentariorum in Codicem Iustinianum pars secunda: Adnotationibus & Argumentis, seu mauis, Additionibus & Summarijs complurium doctissimorum Iureconsultorum illustrata: nec quidquam præterea eorum, quæ in hactenus excusis exemplaribus habebantur, est omissum.



y dela Libreria

EXCVDEBATVR ANN. M. D. XXXI.

Tabula rubricarum huius voluminis.

¶ Tabula rubricarũ secunde partis Codicis sm ordinem alphabeti.

¶ Finis.

¶ Pauli de Castro clarissimi

J.V. doctoris cōmentaria super secunda parte Codicis sm le-
cturam Patauinam: cū apostillis splendididissimi iurisconsulti
domini Francisci curtij: necnon ⁊ J.V. doctoris Domini Ber
nardini de Landriano Mediolanēsis: ⁊ cum summarijs Hie-
ronymi de Marliano Mediolanensis.

¶ De seruis fugitiuis. Rubrica.

¶ Super glo. rubrice ibi: Or superius dixit ⁊c. scilicet in quar-
to libro. Jdeo ista continuatio non multum placet q2 fit nimis
a remotis. Et quia nō intendit hic tractare generaliter de actio
nibus orientibus ex delictis nisi de actione furti. De alijs autē
tractat in nono libro. vnde melius continuatur ad sequentia:
quia tractaturus de furtis premittit hunc titulum propter id
quod habetur in. l. j. Et de prima parte rubrice scilicet de seruis
fugitiuis. tractant prime quatuor leges. ⁊ etiam. l. cum seruum
quispiam. de secunda vero parte scilicet libertis ⁊ mancipijs ci-
uitatum subaudi artificibus tractatur in. l. mancipia. De tertia
vero dum dicitur artificibus subaudi etiam qui non sunt serui
vel liberti. sed liberti dedicati tamen operi publico tractatur in
l. fina. j. eodem.

2 ☞ Res furtiua dicitur affecta vitio reali qđ impedit eam vsu
capi etiā per bone fidei possessorem cum titulo quousq3 vitium
furti sit purgatum: ⁊ quando dicitur purgari.
3 Seruus fugiens a dn̄o suo cōmittit furtum sui: ⁊ sic ꝙ idem sit
fur ⁊ res furata contra regulas. ⁊ nu. 10.
4 Furtum est de iure naturali secunde inuentionis improbatum.
5 Dominus qui vsucapiebat seruum potest vsucapionem cōple-
re etiam si seruus ab eo fugiat.
6 Jlle qui prestat opem furi aliquid ministrando tenetur furti li-
cet non sit fur.
7 Quid in eo qui persuadet vel consulit furtum.
8 Mandans homicidium fieri non debet puniri tanꝙ homici-
da. si ille qui interficit erat alias facturus. ⁊ quomodo presuma-
tur quod erat alias facturus.
9 Differentia inter seruum fugitiuum ⁊ erroneum.
10 Si cōmittit furtū: qn̄ res efficiat furtiua. ⁊ tn̄ non det actio fur
ti. ⁊ quando non efficiatur furtiua: ⁊ tamen detur actio furti.
11 Seruus fugitiuus quod possit prescribi longissimo tempore
xxx. anno. ⁊ numero. 12.
12 Sola naturalis possessio qn̄ sufficiat ad prescribendum longissi
mo tempore anteꝙ sit coniuncta cum ciuili cum qua spacio de-
cem annorum coniungitur.
Sola ciuilis sufficit ad prescribendum ⁊ parit acquisitionē fru
ctuum: ⁊ potentior est ꝙ naturalis.



1 S**Eruum.** † Fuga seruum af
ficit vt vsucapi vel
prescribi nō possit. h. d. Bal. Vel sic
sm eūdem in seruo fugitiuo nō ha-
bet locū vsucapio temporis perfecti
vel plusꝙ perfecti. h. d. Et hic dum
dicit plusꝙ perfecti colligit ex verbo
prescriptionē. Nam ad vsucapionē
serui sicut aliarū rerū mobiliū debe
ret sufficere triēnium ⁊ tamen non
sufficit vt hic in verbo vsucapionem. ⁊ illud est tempus perfe-
ctum ad vsucapionem complendam. Sed prescriptio persone
est cum tempore longo. x. vel. xx. an. quod etiam non sufficit in ca
su isto. ⁊ hic appellat Bal. plusꝙ perfectum. Glo. ponit causam
duobus modis. Tene secundam tanꝙ magis magistralem: vt
debeat incipi casus in ver. ⁊ ideo. Et tunc tria facit: quia primo
premittit vnum ad euidentiam. secundo determinat casum de
quo erat dubium. tertio rationem annectit que concernit deter
minationem sm quosdam: vel dic quod etiam primum dictum
vel forte illud solum. secūda ibi: ⁊ ideo. tertia ibi: ne fuga. ¶ Et
2 premitte ad euidentiam ꝙ † res furtiua dicitur affecta vitio rea
li qđ impedit eam vsucapi etiā per bone fidei possessorem cum
titulo quousq3 vitium furti sit purgatum. ⁊ tunc dicitur purga
ri cum fuerit reuersa in potestatem domini a quo fuit subtra-
cta. vt insti. de vsucap. §. furtiue. ⁊ ff. eod. l. sequitur. §. quod au-
3 tem. † Pone ergo qđ seruus meus aufugit a me. ⁊ ad te perue-
nit: ⁊ tu ignorans cuius esset vendidisti titio bone fidei empto-
ri qui ipsum tenuit triēnio nunc ego volo ab eo vendicare ipse
oppo. exceptionem vsucapionis dicitur hic quod non potest:
quia fugiendo fecit furtum sui. ⁊ sic est affectus vitio reali.
Sed quid si possedit per. x. vel. xx. annos quo tempore prescri-
buntur res immobiles in quibus furtum non potest committi
videtur contrarium. vt sic tractandum tanꝙ de re immobili in
qua furtum non committitur. Sed contrarium adhuc dicitur
ꝙ si non potuit vsucapi triennio quod est tempus deputatum
et ordinatum ad vsucapionem rerum mobilium. Nec etiam po-
terit longo tempore qđ ad hoc ordinatum non est. Deinde subij-
cit rationem vtriusq3 dicti. Jdeo enim committit furtum sui cō
tra regulas quia debet esse differentia inter furantes et rem fu-
ratam ⁊ contrectantem ⁊ rem contrectatam: sicut inter contra-
hentem ⁊ rem de qua contrahitur. vt in. l. ij. ff. de stipul. seruo. ⁊
tamen hoc idem est furans ⁊ res furata: contrectans: ⁊ res con-
trectata quod est irregulare. nam fuit introductum in odiū ser-
uorum qui proni sunt ad fugam ⁊ dolum de facili committunt
ne ipsorum fuga sit domino damnosa quod esset si non commit
teret furtum sui: ⁊ sic possent vsucapi. ⁊ per consequens in eoru3
esset potestate mutare dominos ⁊ se subtrahere ab obedientia ⁊
dominio domini sui. Jdeo fuit introductum vt cōmitteret fur-
tum ita irregulare. vnde non est ita in alijs animalibus brutis
carentibus dolo: licet enim fugiant a dominis non committūt
furtum sui: ⁊ sic si perueniunt ad manus bone fidei possessoris
4 cum titulo possunt vsucapi. ¶ † Jn tex. ibi sui furtum fecit: dic
scilicet etiam si per alium non fuerit apprehensus: nam si requi
reretur apprehēsio alterius nō ipse seruus faceret furtu3 sui: sed
ille tertius si sciret illū seruū esse: cuius contrariū hic dicit. Qui
dam autem dicebant hic requiri timentes cōtrarium quod hic
fit: q2 eadem reperitur persona furans: ⁊ res furatas cōtrectans
⁊ res contrectata quod esse non debet. Et verum est regulariter
fallit in hoc furto propter rationem que ponitur in fi. Nec obst.
quod furtum est delictum iure naturali improbatum. vt in. l. j.
in fi. ff. de fur. sed seruus fugiendo a domino non videtur facere
actum improbatum a iure naturali quoniam illo iure omnes li
beri erant: ergo illo iure inspecto videtur licere seruis prouoca-
re se in libertatem et a domino fugere: nam illud erat verum de
iure naturali prime inuentionis qđ fuit eo ipso ꝙ gētes esse cepe
runt: nec illo iure cōmittebatur furtū: qm̄ illo iure omnia erant
cōmunia: ⁊ sic de illo iure non loquitur illa. l. j. de fur. sed de iure
naturali secunde inuentionis qđ appellatur ius gētium quo iu-
re fuerunt introducta seruitutes ⁊ bella. vnde precesserunt serui
tutes ⁊ distincta dominia. vt in. l. ex hoc iure. ff. de iust. ⁊ iur. ⁊ de
5 illo iure fuit improbatum furtum. ¶ † Jn tex. ibi: nec vsucapio-
nem. subaudi de isto seruo contra dominum a quo aufugit: sed
ipse a quo aufugit si non erat dn̄s sed quasi dominus q2 ipsum
vsucapiebat bene potest vsucapionem complere nō obstante fu-
ga: quia non desinit ciuiliter possidere quousq3 per alium sit ap
prehensus ⁊ illa ciuilis sufficit ad vsucapionē complendam. vt
l. j. §. per seruum quo in fuga. ff. de acquirē. pos. ⁊ l. si a bone fi. ff.
6 de rei vendi. in glos. ij. ¶ † Pro cuius declaratione oppo. quod
seruus fugitiuus nō facit furtum sui: q2 si faceret ille qui persua
deret sibi fugam similiter faceret vel saltē teneretur furti. Et ille
qui prestat opē furi tenet furti. vt. l. is q opem. ff. de furt. Cuius
contrarium dicitur in. l. qui seruo. in prin. eod. titu. qđ neq3 facit
neq3 tenetur furti. Sol. ille qui prestat opem furi aliquid mini-
strando licet nō sit fur bene tenetur furti. vt. d. l. is qui opem. qđ
7 dic vt ibi per Bar. in. l. furti. §. ope. e. ti. ¶ † Sed ille qui persua-
a det vel consulit furtum[a] faciendum nec est fur nec tenetur furti.
vt in. l. sepe. in fi. de verbo. signi. tenetur tamen de dolo ei quem
ledit vel serui corrupti. vt no in. l. consilij. de reg. iu. ⁊ in. d. l. sepe.
in fi. ⁊ p Dy. in. c. nemo ex consilio. eo. titu. lib. vj. super ista gloss.

a ¶ Furtum. Adde ⁊ qd de aduocato q dedit malū cōsiliū clientulo an teneat. vid p Bar. in. l. ij. ⁊ i l. itēq3. in. §. si qs ea. ff. mā. Spe. titu. de requi. consilij. in. §. j. ver. cōsiliarij. Lud. ro. consi. ccxxviij. incip. pro plena discussione. in fi.

Bal. multa dicit de prestante opem: ⁊ de persuadente: ⁊ de man
dante que Bar. ponit in diuersis locis. in. l. non solum. §. si man
8 dato. ff. de iniur. Et dicit hic Bal. † vnum verbum quod perpe
tuo tene menti de quo multas pecunias lucraberis: ⁊ ego hoc
habui de facto allegando Jaco. but. in. l. fi. de eo per quem factū
erit. dicit hoc tenere quod ille qui mandat homicidium fieri nō
debet puniri tanꝙ homicida. si ille qui interficit erat al's factu-
rus. ⁊ presumitur quod al's erat facturus quando nulla inimici
tia erat inter interfectum ⁊ mandantem: sed inter interfectum
⁊ interficientē. vel si ab interficiente precesserunt mine vel si mā-
dans erat inferior mandatario: q2 non est verisimile ꝙ superior
moueatur ex mandato inferioris qđ no. perpetuo. nam de facili
potest contingere quod aliquis malus ⁊ naturaliter iniquus vi
dens vnum dispositum ad aliquem interficiendum dicat: vade
⁊ interfice eum si hoc facit an debeat decapitari: patet ex predi-
ctis. Et tales questiones dum tractat de vita hominis sunt ar-
9 due: et per hoc potest quis euadere hominem a morte. ¶ † Jn fi
ne glo. ibi: quod tamē in vno dicitur in alio exauditur. ⁊ hoc ve-
rum quo ad receptantem vt ita teneatur receptans erroneum
sicut fugitiuum: sed ꝙtum ad id quod dicitur in hac. l. in princ.
non est idem q2 fugitiuus cum non habeat animum reuertendi
facit furtum sui. ⁊ sic efficitur furtiuus sed erroneus cum habe-
bat animum reuertendi non facit furtum sui. i. proprietatis: sed
duntaxat vsus: q2 vsum subtrahit domino. vnde non efficitur

furtiuus.⁊ per consequens non impeditur vsucapio.vt not.in
l.qui inuenta.ff.de fur.si tamen permittit se vendi ex tunc facit
furtũ sui:qꝛ intendit ex toto dño se subtrahere: sed si vẽderetur
10 inuitus posset vsucapi:qꝛ non esset furtiuus. ¶ In glo.ij. que
incipit non valet ibi.Adde ergo hic.⁊ vide glo.ff.de fur.l.si qs
vxori.in fi.in prin.glo.que incipit.i.de facto.⁊ insti.eo.§.aliquã
do.nam interdum cõmittitur furtum ⁊ res efficitur furtiua.et
datur actio furti ⁊ hoc est regulare quãdo non dominus surri
pit rem domino in cuius potestate non est constitutus. Inter-
dum cõmittitur furtum:⁊ res efficitur furtiua nõ tamẽ datur
actio furti:vt si erat in illius potestate.vt.l.serui ⁊ filij.in princ.
ff.de fur.Iterdum cõmittitur furtum ⁊ datur actio furti non
tamen res efficitur furtiua:vt cum dominus surripit rem suaꝫ
alteri habenti in ea ius pignoris:qꝛ non cõmittitur furtum ra
tione proprietatis que ad se pertinet:sed respectu possessionis
que pertinet ad creditorem.vt.l.sequitur.§.si rem. de vsucapi.
Interdum non committitur furtum nec res efficitur furtiua:
tamen datur actio furti.vt in eo qui prestat opem vt hic.nã nõ
est fur:⁊ tamẽ tenet furti.⁊ pone casum vt.j.tit.j.l.si quis seruo.
¶ In glo.ibi:dic ꝙ vna negatio abundat.⁊ hoc ne resultet pra
uus intellectus.nam legiste non ita attendunt intellectum dia
lecticalem sed mentem loquentis.Et dic vt not.Cy.in.l. qui se
patris.j.vnde liberi.Glo.magnam diuide in tres partes.nam
primo format vnam opi.cõtra tex.ibi dum dicit longi tempo-
ris prescriptionem.quod inepte ⁊ male fuit imperator loquu-
tus.Et istam prosequitur vsqꝫ ad ver.item quero ponẽdo qua
tuor solutiones.postea ex gloss.colliguntur tres oppositiones
contra primum dictum legis.dum dicit seruum fugitiuum fa-
cere furtum sui quod istud non possit procedere tribus ratiõi-
bus.⁊ hoc vsqꝫ ibi quasi ad fi.ibi:item nũquid.In tertia ⁊ vlti
ma format vnam questionem circa ea que dixerat in prima par
te de prescrip.lon.tempo.Et etiam circa tex.an idem sit in pre-
scriptione longi temporis quod non habeat locum.¶ Pro de
claratione prime partis opponit contra vnũ quod huic innui
tur tacite a contrario sensu.nam hic dicitur ꝙ in isto seruo fu-
gitiuo non habet locum prescrip.lon.tempo. qꝛ facit furtũ sui.
et sic est affectus vitio reali.Innuit ergo quod si non esset fugi
tiuus haberet locum dicta prescriptio.Sed cõtra quod nec tũc
valet.j.in qui.cau.ces.lon.temp.prescrip.l.in seruorũ.glos. mul-
tum laborat in solutione huius contrarij ponendo quatuor so
lutiones.Tu:responde clare ⁊ breuiter quod prescriptio longi
a temporis[a] cessat in rebus mobilibus:eo casu.s.quo possunt vsu-
capi triẽnio.nam tunc cum per lapsum triennij sit acquisitum
dominium superuacua est prescriptio longi temporis:qꝛ per la
psum vlterioris temporis non amplius efficitur dominus ꝙ
prius esset effectus.vt.l.sequitur.§.lana.de vsucap.Sed in reb⁹
mobilibus in quibus non habet locum vsucapio triennij quia
sunt furtiue poterat probabiliter dubitari.Utrum saltem lon-
go tempore prescriberent.⁊ hic videtur quod non.facit.l.iusto.
§.non mutat.ff.de vsucap.fm Bal.⁊ bene:ideo quicquid dicit
glo.super hoc contrario superuacuum est. ¶ Circa secundam
parteꝫ glo.oppo.primo quod seruus fugitiuus non faciat fur-
tum sui:qꝛ rei furate dominus perdit possessionẽ.vt.l.rem que
nobis.in princi.ff.de acqui.pos.sed serui fugitiui possessionem
non perdit.vt.l.j.§.per seruum qui in fuga.eo.tit.ergo dicit gl.
verum est quod nõ perdit ciuilem sed naturalem sic. Ista solu-
tio non tollit contrarium qꝛ rei furtiue non solum naturalem
sed etiam ciuilem perdit etiam ignorans:dic ergo contrarium
locum habere in furto regulari vbi diuersa est persona furans
a re furata.non autem in hoc furto regulari vbi est eadem per-
sona ⁊ res.⁊ ratio est qꝛ si seruus subtraheret domino aliã rem
cõmitteret furtum:⁊ tamen possessionem non perderet domi-
nus nisi traderet eam alteri:ergo ⁊ si furat semetipsum idẽ esse
debet.Et istam rationem ponit tex.in.d.l.rem que nobis. Sed
adhuc contra quod furtuꝫ nõ cõmittat:qꝛ si subtraheret domi
no aliam rem quousqꝫ res fuerit apud eum nõ est commissum
furtum.vt.l.interdũ.§.cum aũt.ff.de furt.ergo ⁊ si semetipsum
subtrahit quousqꝫ se non tradit alteri dicit esse penes seipsum
solutio.contrarium procedit in re peculiari propter voluntatẽ
domini qui processit in concedendo administrationem sibi vn
de licet ipse contrectet malo animo ⁊ vt sibi appropriet non cõ-
mittit furtum quousqꝫ alteri tradat nec possessionem interuer
tit domino.non sic in alia re nõ peculiari sed dominica in qua
voluntas domini non precessit in concedendo sibi administra-
tionem.nam in illa bene committitur furtum licet possessioneꝫ
domini non interuertat etiam quousqꝫ res est apud eum non
tamen oritur actio furti.vt.l.serui.in prin.eo. titu.sed ipse ser-
uus dicitur res dominica non peculiaris:quia non potest dici
quod sit in peculio suiipsius lꝫ ergo posset contrectare res pe-
culiares non sic potest contrectare seipsum malo animo:⁊ sic est

a ¶ Tẽporis.Ad-
de an prescriptio
lõgi tpis legalis
tollit effectuꝫ na-
turalis ⁊ elidit ci
uilẽ inde. vide p
Ang.i repeti.l.iu
dicio cepto.in.xv
iij.col. C.de iudi.

b ¶ Suiipsius. ad
de tex.i.l. ancille.
ff.de fur.

argu.fm Bal.si statutum dicit quod quilibet possit occidere ⁊
vulnerare bannituꝫ non potest semetipsum ipse bannitus vul-
nerare impune.⁊ si cõtrarium faceret poneretur item in bãno.
¶ Ultimo oppo.quod ista inuestigatio sit inutilis.s.quod ser
b uus faciat furtum suiipsius[b] vel rei dominice ex quo ex isto fur
to non oritur actio furti.Solu.non est inutilis propter hoc qȝ
hic dicitur qꝛ res efficitur furtiua:⁊ non potest vsucapi. Circa
11 tertiam ⁊ vltimam partem queritur † an iste seruus fugitiuus
possit prescribi tempore longissimo.xxx. ann.dicitur quod sic:
qꝛ in illa prescriptione non attenditur vitium furti cum etiam
res furtiua tanto tempore prescribatur.vt in.l.sicut. j. de p̃scri.
xxx.anno.vitia enim realia solum impediũt vsucapionem triẽ
nij ⁊ prescriptionem longi temporis que currunt cum titu. et
bona fide non autem longissimi que currunt sine titu.⁊ sine bo
na fide de iure ciuili.In contrarium quia talis prescriptio lon
gissimi temporis non currit contra possidentem. vt in.l.male
agitur.de prescrip.xxx.anno.sed dominus possidet seruum fu-
gitiuum ciuiliter.vt in.§.per seruum.ergo contra eum nõ cur-
rit prescriptio.Glo.notabiliter respondet veruꝫ esse quod pos-
sidet.tamen ista possessio nõ semper durat sed perditur p obli-
uionẽ:⁊ per lapsum decennij.vt.l.furtum.in fine.ff. de vsucapi.
quousqꝫ igitur durat non incipit ista prescriptio:sed postꝙ fue
12 rit perdita incipiet:⁊ sic requirẽtur anni.xl.† Ista glos. semper
allegatur.⁊ Dy.facit de ipsa festum in.c.ij.de regul.iur.libr. vj.
Et Bart.in.l.iij.§.ex plurimis.ff.de acqui.pos.dicentes istam
glo. velle manifeste qȝ sola naturalis possessio non sufficit ad
prescribendum etiaꝫ longissimo tempore:nam anteꝙ domin⁹
perdat ciuilem alius qui occupauit nõ habet nisi naturalem:
⁊ illa non sufficit ad prescribendum secundum istam glo. quo-
usqꝫ cum ea coniungatur ciuilis.ad hoc etiã allegatur.l.acq-
ritur.i fi.ff.de acqui.re.do.sꝫ sola ciuilis bene sufficit vt in.d.
§.per seruuꝫ qui in fuga.Et sic nobilior ⁊ potẽtior est ciuilis
ꝙ naturalis nam ⁊ ciuilis parit acquisitionẽ fructuũ.vt no.
in.d.§.ex plurimis.Bart.tamen limitat primum dictũ vt sit
verum quod sola naturalis non sufficit ad vsucapiendum di
rectum dominium vel ad prescribendum vtile quod ꝯtraria
tur directo:qꝛ nõ recognoscit directum dominium:sed bene
sufficeret ad prescribenduꝫ vtile quod subalternatur directo
vt si quis reꝫ meã teneret tanꝙ emphyteota vel feudatarius
meus recognoscens me in directum dominum:tunc licet nõ
haberet nisi naturalem ⁊ ego ciuilem:posset tamen longo tẽ
pore cuꝫ titu.vero vel putatiuo vel longissimo sine titulo pre
scribere ius emphyteoticũ vel feudatarium:⁊ vtile dominiũ
cõpetens ex eo.vt in.c.si quis p triginta annos. si defeu. fue.
cõtrouer.quod dictum an procedat dic vt ibi dixi tenendo cõ
trariuꝫ quod ista prescriptio nõ currit ratione naturalis pos
sessionis rei:sed ratione quasi ciuilis possessiõis huius iuris.
iuxta no.i.l.ait pretor.§.iteꝫ ei.ex qui.cau.maio. Aduerte ta
men ad istam glo.qꝛ in seruo fugitiuo in quo loquitur nõ po
test procedere dictum glo.Et est mirandum ꝙ glo.non perpẽ
dit nec etiam doc.videntur perpendere:qꝛ presupponitur qȝ
dominus possideat ciuiliter seruum fugitiuum possessum per
alium quod est falsum.Naꝫ statim quod alius occupat perdit
ciuilem.vt.d.§.per seruum.et sic non requiritur lapsus decem
annorum.Procedit igitur glo.in prescriptione rei immobilis
si me absente ⁊ ciuiliter animo possidẽte alius ingrediatur fun
dum meum.⁊ sic acquirit naturalem.vt.l.clam possidere.§. fin.
ff.de acqui.pos.Nam si hoc ignoro retineo possessionem ciuilẽ
vsqꝫ ad decẽnium:sed si tanto tempore negligo recuperare na-
turalem perdo etiam ciuilem:et tunc etiam procedit ista gloss.
Sed si scirem naturalẽ occupatam statim quod potui recupe-
rare ⁊ non recuperaui perdo ciuilem.quod dic vt.l.si ideo.§. si
forte.de acquiren.pos.Item procedit ista glos.quãdo queritur
de prescriptione longi tẽporis in qua requiritur titulus ⁊ pos-
sessio ciuilis ⁊ nõ sufficit naturalis:sed in prescriptione trigin-
ta annorum in qua non requiritur titulus nec bona fides non
videtur procedere: qꝛ illa etiam sine possessione videtur posse
procedere quia prescribitur non res sed contra actionem:vt pa
tet in debitore qui non dicitur possidere debitum.vt no.in.l.re
gulariter.de pe.here.⁊ tamen si ea petitur per triginta annos
prescribitur contra actionem ⁊ acquirit exceptionem. Eodem
modo si possides rem meam naturaliter tãtum ⁊ negligo eam
vẽdicare per triginta annos videtur quod etiam tempore quo
adhuc ciuilis possessio durat penes me prescribas rei vendica
tionem.non dico rem quia nec acquiris dominiũ vtile nec di-
rectum sed exceptionem contra rei vendicationem.vt.l.sicut.et
l.omnes.j.de prescrip.xxx.annorum.Tene menti hanc glos. sic
declaratam:quia cõtinet melius qȝ habetur in hac.l.⁊ semper
allegatur ⁊c.
1 ☞ Quod te inuito possim ingredi fundum tuum vel domũ
tuam

tuam pro inquirendo seruū meum fugitiuum vel alias res seu in casibus de quibus hic cum autoritate tamen iudicis.

3 Si reperio seruum meum fugitiuum in strata publica an possim eum capere ꝛ adducere ad domum meam. ꝛ quid si reperiā ipsum in alio territorio.

1 Requirendi. †Premitte ad euidentiam qḋ te inuito non possum ingredi fundum tuum nec domū imo teneret actione iniuriarum: vt in. l. si quis domū. in vltima charta. ff. de iniur. †Fallit in quibusdam casibus inter quos enumeratur ille qui ponitur in hac. l. si pro requirendo seruū meū fugitiuum Jta no. glo. in. l. iiij. ff. de acqui. re. do. tamen non debeo ingredi propria autoritate: sed cum autoritate iudicis cōpetētis. vt hic patet ꝛ extra dictos casus speciales etiam cum autoritate iudicis non posset q2 iudex non deberet concedere alias punitur: vt in glo. ꝛ ad hoc imploratur iudicis officium. vt hic patet in verbo officij: ꝛ sic non requiritur libellus. iuxta no. per glo. ff. de interrog. actio. super rubrica. ꝛ proceditur summarie. argu. in. l. fi. ff. de procu. ꝛ. l. si seruus. §. quod cum eo. ꝛ. C. de transact. l. si sup possessione. etiam non citata parte ad dicendum causam quare non debeat concedi ne aperiatur via malitie: q2 tunc ille posset abscondere seruū vel facere absentari ꝛ non debet fuga instrui ẜm Jac. but. in. l. consentaneum. ꝫ. quomodo ꝛ quan. iudex. Et Bar. in. l. ait pretor. §. si debitorem. ff. que in frau. credi. Sed an esset idem in alijs rebus furtiuis. si suspicor quod liber meus sit subtractus in domo tua. glo. in. l. ij. ff. eo. tenet quod non quia est speciale in seruis qui dolose se subtrahunt. Et idem esset in vxore alterius que aufugisset a marito. ꝛ maritus suspicaretur esse in domo alterius cum sit eadem ratio: q2 dolose se subtrahit sed alie res carent dolo: ꝛ sic cessat ratio. Breuiter in seruo ꝛ vxore ad simplicem requisitionem domini ꝛ mariti iurantis se habere iustam causam suspicandi ꝛ non petendi causa vel animo iniuriandi vel calumniandi debet iudex esse pronus ad faciendū sibi facultatem perscrutandi. Jn alijs autem rebus ad priuatam vtilitatem non debent hic permittere nisi allegatis ꝛ probatis alijs verisimilibus indicijs. Nam si illa sufficiunt ad torturam que est maioris preiudicij fortius deberent sufficere ad istam ꝑquisitionem que est parui preiudicij ẜm Bal. ad publicam vero vtilitatem etiam sine talibus indicijs adhuc debent concedi: vt

3 l. omnes. ꝫ. de aquedu. lib. xj. ꝛ. l. si quos. C. de metalla. co. li. †Sed pone quod reperio seruum meum fugitiuum in strata publica. an possem eum capere per personam ꝛ ipsum adducere ad domum meam. videtur quod sic postq̄ ipsum possideo ciuiliter ad tuendam possessionem meam. arg. in. l. quemadmodum. §. j. ad le. aqui. ꝛ. l. si rem. §. si ad ianuam. ff. qḋ vi aut clam. breuiter. dic q̄ bene possum capere: tamen debeo ipsum ad iudicē ducere qui facta summaria probatione de possessiōe. ꝛ fuga dimittet ipsum mihi. non autem debeo ipsum propria autoritate ad domum ducere. hoc probatur in. l. j. C. vbi decuria. vel coar. ꝛ. C. §. in. iij. libro. Sed quid si reperi ipsum i alio territorio in quo ipse iurisditionem non habet. Adhuc dico idem: non tamen iudex meus poterit mihi dare familiam vt ipsum capiam in alieno territorio in quo ipse iurisditionem non habet: ꝛ si contrarium faceret deberet de facto relaxari tanq̄ captus indebite. per tex. cum glo. in. l. quid sit fugitiuus. §. idem cecilius. ff. edil. edi. ꝛ in. c. ex parte. de verbo. signi.

2 ¶ Uerbum deprehendantur requirit realem apprehensionem in fragāti crimine. ꝛ si refertur ad maleficium iam commissum potest verificari in deprehēsione nō actuali sed que fit per probationem testium vt si statutum dicat si quis fuerit deprehēsus in homicidio vel adulterio.

3 Per amputationem pedis nō debilitatur pes sed penitus abscinditur: ꝛ debilitatur totum corpus.

4 Digitus non est membrum sed officium membri.

5 Crimen attentatum an puniatur perinde ac si esset cōsummatū. Transire ad hostes qualiter sit grauissimum crimen.

6 Statutum q̄ occidens aliquem decapitetur ꝛ aliquis iuit cum telo armatus causa occidendi non tamen occidit q2 non potuit non autem quia penituerit q2 non puniretur an iste debeat decapitari. ꝛ nu. 7.

7 Statutum debet intelligi ẜm ius commune. ꝛ quid si agitur de personali pena.

8 Statutum si punit portantes bladum extra territorium ꝛ aliqs fuit deprehensus in itinere cum blado anteq̄ exiret territoriū an puniatur pena statuti.

9 Fugiens ad hostes etiam non perfecto flagitio sed in itinere deprehensus an debeat decapitari.

10 Judex quod non possit seruo fugienti ad hostes penā pecuniariam imponere sed corporalem.

11 Statutum si imponit penam pecuniariam pro aliquo crimine puta centum. ꝛ postea dicit ꝛ plus vel minus prout iudici videbitur non poterit iudex imponere penam corporalem sed eiusdem generis sic.

12 Si per statutum detur arbitrium potestati in aliquo crimine non poterit nec debebit esse nimis gratiosus vt pro magno crimine quod meretur magnam penā possit virtute arbitrij modicam penam pecuniariā imponere ꝛ si contra facere puniret eadem pena quā condigne debebat imponere ꝛ quid in dubijs. Quod dolus presumatur etiā in his que cōmittunt arbitrio iudicis quando esset excessus indignus.

1 Si fugitiui serui. †Jn legibus precedentibus prouidetur dominis contra seruos fugitiuos per hāc aūt legem puniuntur tales serui fugitiui criminaliter quando fugiunt ad hostes si in fuga deprehendātur anteq̄ ad

2 hostes peruenient. †ꝛ nota illud verbum deprehendantur ẜm Ange. qui requirit realem apprehensionem in fragranti crimine siue per familiam publicam siue per priuatā personam deducentem captum ad iudicem. vt. l. capite quinto. ff. de adul. sꝫ si non esset deprehensus in fraganti crimine licet probaretur per testes quod aufugiebat a domino vt trāsiret ad hostes non tamen peruenit ad eos: vel quia penitentia ductus: vel q2 impeditus non haberet locum pena huius legis ẜm Ange. ad quod facit. l. palā. §. qui in adulterio. ff. de ritu nupt. ꝛ. l. si barsatorē. ꝫ. de fideius. Jn contrarium facit: q2 istud verbum deprehendātur: potest verificari in deprehensione nō actuali sed que fit per probationem testium. vt est text. cum glos. in. l. j. §. vbi sena. vel clari. ꝛ. ꝫ. de custo. reo. l. ij. Solu. Uerum est qn̄ istud verbum deprehendantur referat ad maleficiū iam cōmissum vt si dicat statutum si quis deprehensus fuerit in homicidio vel adulterio nā debet intelligi per probationes legitimas vel cōfessionem. Sed si refertur ad maleficium nondum cōmissum: sed quod erat in fieri videtur quod debebat intelligi de actuali deprehensione

3 vt hic ẜm Ange. ꝛ Raph. quod satis placet. ¶ †Jn tex. ibi: debilitentur subaudi in toto corpore. nam per amputationem pedis non debilitatur pes: sed penitus abscinditur. debilitat aūt totum corpus. Et eodem modo per amputationem digiti non

4 debilitatur digitus sed tota manus. †Et hoc est vtile q2 digitꝰ

a non est membrum[a] sed officium membri: vt. l. non sunt liberi. ff. de sta. ho. ꝛ no. per Bar. in. l. ij. ff. de publi. iudi. si ergo statutum dicat quod debilitās membrum tali pena puniatur: ꝛ aliquis amputauit digitum incidit in penam: q2 debilitauit manū que est membrum. Sit tamen cautus accusator vel inquisitor q2 nō dicat digitum debilitatum sed manum ẜm Bal. ¶ Jn text. ibi: debetur subaudi per iudicē. nam ad ipsum pertinet hic. nec ad alium potest istud verbum referri et sic est in electione iudicis hec alternatiua. tum propter hoc: quia verba ad iudicem diriguntur. iuxta no. in simili in. l. iudo. de lega. ij. per glo. in. l. si ita distrabatur. de contraben. emp. tum quia vna pars istius alternatiue cōtinet incertum. vt. ꝫ. subijcitur ibi autem qualibet alia pena. vnde ad iudicem pertinet certificare. vt. l. j. §. expilatores. ff. de effrac. non ad partem que eligeret minimam penā. Extra istos casus electio in penis alternatiue positis pertineret ad debitorem id est delinquentem vt in casu legis sequentis. et ita intellige quod ibi not. per Cy. licet hic videat aliter loqui. ¶ Jn

5 glo. j. ibi: † q2 tunc vltimo supplicio: sed certe cū transire ad hostes sit grauissimum crimen ꝛ enorme: q2 continet proditionem reipubli. vt in. l. postliminium. §. transfu. ff. de capti. ꝛ in. l. iiij. §. transfugas. ff. ad. l. cor. de sica. videtur quod crimē ceptum ꝛ attentatum etiam si non fuerit consummatum puniatur eadem pena quasi iam fuisset consummatum. vt in. l. si quis non dicam rapere. ꝫ. de epis. ꝛ cler. l. si is qui cum telo. C. ad le. corne. de sica. Pet. fatetur contrarium. ꝛ sic reprobat glo. ꝛ intelligit hanc legem quod delictum fuerit consummatum. Et dum dicit trāseūtes intelligit. i. transierunt ad quod optime. l. cedere. §. subsecare. ff. arbo. fur. cesa. vbi verbum presentis temporis ponitur pro preterito: scꝫ subsecare pro subsecuisse. Sed si hoc est quare non puniuntur ẜm penam mortis sicut puniuntur liberi. vt in glos. Respondet Pet. quod serui non ita consilia sciunt reipublice sicut liberi: ideo mitius puniuntur. Contrarium communiter tenetur quod imo acrius. vt in. l. pedius. ff. de incen. rui. et naufra. ꝛ no. ꝫ. de summa trini. l. nullum. ꝛ sic tenetur glos. Ad contrarium responde quod speciale est in casu. l. si quis non dicam rapere. ꝛ in casu. l. si is qui cum telo. C. de sica. quod crimen attētatum punitur perinde ac si esset consummatum. regulariter secus si non reperitur iure cautum etiam si sit de grauibus criminibus: vt in isto tex. cum glos. ad quod accedat. l. j. in fin. ff. de

6 extraor. cri. †Sed pone dicit statutum quod occidens aliquem decapitetur. aliquis iuit cum telo armatus causa occidendi nō tamen occidit: q2 non potuit: non autem q2 penituerit q2 non

a ¶ Ca. Mebrū. Adō l. itē ofm̄. ff. ō edi. edic. ꝛ Abb. i. c. si gnificasti. de elec. Et qd dicat mēbrū. vide p abb. i. c. cū illor. sup gl. i vb. mēbri de sent. exc. ꝛ qd cōprehēdat appel. mēbri. vid p Bar. ꝛ doc. in. l. ij. ff. de publ. iudi. ꝛ qd de barba dente et nare an sint mēbra. vide per. Bal. i. c. j. de noua for. fidei. li. in vsi. feu. doc. in. c. sicut vegeri. j. q. j. Domi. in. c. j. xij. di. ꝛ an man mille mulierum dicant mēbra vide per Bal. in. l. data opera. C. q accu. nō pos. doc. in. c. ex parte. de corpore viti. ꝛ an virilia dicantur mēbra. vide tex. ꝛ ibi doct. in. c. j. de deli. pue. ꝛ ibi per Jo. de ana.

puniretur vt in.l.qui falsam.de fal. Queritur an iste debeat deca
7 pitari videt ꝙ sic.†qꝛ statutum debet intelligi sm ius commu-
a ne[a] vt in.l.vt gradatim.§.⁊ si lege.de mu.⁊ one.sed ius cõmune
dicit idẽ ꝙ occidens occidatur:vt in.l.iij.C.de epi.aud.⁊ tamen
ille qui non occidit sed iuit cũ telo causa occidendi perinde occi
ditur ac si occidisset vt dicit.l.si is qui cũ telo. Contrarium deter
minat. Bal.hic dicens statutũ hoc casu vbi agitur de personali
pena non debere intelligi sm ius cõmune:sed prout iacet scilicet
de iure occidente:qꝛ plus considerat actus ꝙ animus ⁊ allegat
spe.in ti.de accu.⁊ dicit hanc esse generalẽ consuetudinem ⁊ ob-
seruantiã nec indigeret alia probatione.nõ ergo inspicit animꝰ
quando maleficiũ nõ est secutũ quantũ ad imponẽdã penã sta-
tuti.sed si est secutũ bene inspiceretur animus quãtum ad ipsaꝫ
euitandã:qꝛ si non occidisset dolose vel casualiter.sed per culpã
leuem aut etiam latam non deberet decapitari.quia lata culpa
non equiparatur dolo in pena psonali:vt in.l.lege cor.de sica.et
hic dixit Bal.notabiliter.j.de accu.l.data opera.per qd dictum
defendi quendã a pena capitis:qꝛ proiecerat vnũ lapidẽ nõ do-
lose nec credens aliquẽ vulnerare:⁊ percussit quẽdam amicum
suum qui mortuus est ⁊ iudex maleficiorũ similiter adherebat
verbis statuti loquentibus de occidente:⁊ dicebat qd quicquid
sit de iure cõmuni pena statuti nõ recipit distinctionẽ:sed debet
seruari ad vnguem.⁊ si non habuisset autoritatem Bald.totus
mundus non potuisset euellere de capite suo quin deberet mori
⁊ secundum hoc etiam si casualiter sine aliqua culpa quis inter
ficit alium deberet decapitari qd est penitus inhumanũ Gand.
hoc etiã sentit in libello suo in tractatu seu titu.de homici. Vlti
8 mo pone†quod statutum punit portantes bladum extra terri-
b toriũ[b] aliquis fuit deprehensus in itinere cum blado anteꝙ exi
ret territorium.an puniatur pena statuti. Et ista lex cum glo.fa
cit quod non sed mitiori pena ad quod etiam facit glo.cum tex.
in.l.arboribus.§.illo.que al's incipit etiã.ff.de vsufr.in gloss.que
dicit.lupus exit syluam non tamen exiuit.dic ꝙ si statutũ loqui-
tur per illud verbum preteriti temporis puta si quis portauerit
bladum extra territoriũ tunc non punitur pena statuti:sꝫ mitio
ri pena arbitrio iudicis si potest constare quod volebat portare
extra territorium.si vero loquitur per verbum presentis tempo
ris puta portantes bladum tunc aut queritur an comprehendã
tur illi qui iam portauerunt.⁊ dicendum est quod sic:vt in.d.l.
cedere.§.subsecare. Sed si queritur an includantur illi qui non
portauerunt sed fuerunt deprehensi in actu portandi tunc aut
constat quod volebant portare extra territorium:⁊ tunc incur-
runt penam statuti:qꝛ tunc verba eius verificantur in illo. facit
l.si quis id quod.§.sed si dum proponitur.ff.de iurisdi.om.iud.
⁊ potest constare per confessionem suam vel ex presumptionibꝰ
si erat in limitibus vel transibat per viam non consuetam: vt.j.
de nauicu.l.qui fiscales.lib.xj.⁊ ibi per Bar.⁊ de cursu publico.
l.j.⁊ per Cy.in.l.cum proponas.C.de nau.feno.alias si negat et
poterat verisimiliter ad alium locum portare nulla pena debet
puniri:qꝛ potius presumimus qd noluerit delinquere ꝙ qd vo-
9 luerit:vt.l.merito.ff.pro soc.†Contra distinctionem huius glo.
⁊ etiam contra tex.vt casus ꝙ fugiens ad hostes etiã non perfe
cto flagitio sed in itinere deprehẽsus debeat decapitari:vt.l.iij.
§.is qui.ff.de re mili.⁊ ad leg.cor.de sica.l.eiusdem.in fi.vbi dat
licentiam vnicuiqꝫ interficiendi talem vbicunqꝫ fuerit repertus.
gloss.ibi intelligunt perfecto flagitio quod est contra illos text.
Pet.dicit ꝙ loquuntur in liberis hominibus qui grauius pu
niuntur ꝙ serui per rationem quã.s.dixi. Tu dic quod loquun
tur in militibus siue in illis qui erant in expeditione militari q
magis delinquunt ⁊ magis vertitur preiudicium ꝙ in illis qui
non erant.⁊ hec videtur veritas. Et scias quod ista pena pedis
non fuit cognita de iure fforum.nec etiam amputatio alicuius
mẽbri vt patet in.l.si quis forte.§.fi.cũ tribus legibus.sequen.in
quibus ponuntur tria genera penaruꝫ.⁊ de ista non fit mentio
nec istam penaꝫ reperio de iure codicis nisi in casu huius legis
Sed sm legem mosaicam reperitur in duobus alijs casibus vt
habetur Exod.c.xxj.⁊ Deut.c.xj. Tollitur aũt p aut. hic positã
⁊ conuertitur in penam manus sm cõmunem opi. Alij dicunt
quod nec pena manus imponitur sed alia extraordinaria vt fu
stigatio per eandem aut in versi.sed pro furto.per quam dicunt
hanc legẽ corrigi:qꝛ fugitiuus facit furtum sui ⁊ pro furto non
debet mori nec membrum abscindi vt ibi dicitur que opi.non te
netur quia hic non est furtum simplex sed cum maiori flagitio
qꝛ transibat ad hostes:sed in simplici fugitiuo posset procedere
illud dictum criminaliter possit puniri extraordinarie pena fu
10 stium. ¶ † In vlti.glo.que incipit.s.simili. No.hanc glo.per quã
patet quod iudex non poterit tali seruo penam pecuniariã im-
ponere sed corporalem:quia vna pars alternatiue per aliam de
claratur.vt in.l.j.cum ibi nota.ff.de reb.dub.sed.s.facit mentio
nem de pena corporali vel corporis afflictiua vt dãnatio in me-

¶ Ius cõe. Adde Bal.i.l.si nõdũ.C de fur.⁊ an dꝫ intelligi sm rõnabilẽ intellectũ vide i l. scire opꝫ. in.§. aliud.ff.de excus. tu.⁊ an dꝫ intelligi ad lr̃am vel precise put iacet vid p Bar.i.l.oẽs populi.i pe.col.ff.de iusti.⁊ iu. Bal.in aut.si qua mulier C.d sa.san.ec.ang. i.l.si ita scriptũ.ff. de li.⁊ posth. Luro.⁊ Jo.de imo.i l.cesar.ff.de pub. Abb.i proe.decr. i.iij.col. Paul.de ca.cõsi.xxvj. inci. super hoc pũcto in.v.col.

¶ Extra territoriũ. Adde an hꝫ locũ i portãte farinam. vide per Jo. de ana.in.c. ad liberandã. in iiij.col. de iude.

¶ Membrũ.ad de quid d manu arida an sit mẽbrũ adde per tex. sing.in.c.sicut vr geri.j.q.j.quem tex.alle. sing. Fely.in.c.j.in.ij.col. de calũ.⁊ p ang. in reg. in obscuris.ff.de reg.iur. facit ad hoc.l.ligni appellatio. ff.de lega.iij. vbi arbor arida quousqꝫ caderet dicitur arbor post separationem dicitur lignum.

taliũ.igitur de simili debet intelligi hec vltima pars dum di-
11 cit alia pena.†Vnde Ange.inducit istam glo.cum tex.si statu-
tum imponit penam pecuniariam pro aliquo crimine puta cẽ-
tum ⁊ postea dicit ⁊ plus ⁊ minus prout iudici videbitur qd
iudex non potest imponere penam corporalem sed eiusdem ge-
neris.s.pecuniariam maiorem vel minorem. Item Bald.dicit
12 ꝙ † si per statutum detur arbitrium potestati in aliquo crimi-
ne non poterit nec debebit esse nimis gratiosus vt pro magno
crimine quod meretur magnam penam possit virtute arbitrij
modicam penam pecuniariam imponere:et si cõtra faceret pu-
niretur ea pena quam cõdigne debebat imponere.vt.s.ne san.
baptis.reite.l.fi.⁊ qd habetur.j.ad le.iul.de vi.l.seruus.in fine.⁊
de deserto.l.si quis.in fi.lib.xij.per glo.⁊ Bart.⁊ quod not.j.de
priua.carce.l.j. Nam presumeretur dolus etiam in his qui com
mittuntur eius arbitrio quando esset excessus indignus ⁊ alle-
gat Bal.not.in.c.penul.de sentẽ.excõ.in nouel. In contrarium
facit qꝛ in cõmissis arbitrio iudicis semper iudex videtur mo-
ueri ex iusta causa.vt no. Inno.in.c.qualiter ⁊ quando.de accu.
nec potest appellari nec querelari.vt idem not.in.c.conquestus.
de ferijs.⁊ in.c.innotuit.de eo qui furtiue ord.susce. Sed respõ-
de verum esse in dubijs:secus quando apparet manifestus ex-
cessus ex quo presumitur dolus.iuxta not.per Bar.in.l.si socie-
tatem. §. arbitrorum.ff.pro socio.per.l.omnes.§. lucius.ff. que
in frau. credi.

1 ☞ Potestas habens ex forma statuti arbitrium de imponen-
do penam corporalem pro aliquo crimine vsqꝫ ad amputatio-
nem membri quod membrum faciet tunc abscindi si crimẽ me-
reatur abscissionem membri.
2 Manus dicitur membrum digitus autem officium membri.
Membrum vnde dicatur.
Amputatio membri an sit pena corporalis.
3 Statutum si dicat quod vulneranti aliquem in platea manus
abscindatur:⁊ aliquis vulnerauit aliquem in platea pluribus
vulneribus eodem tempore.an plures manus sint abscindẽde.
4 Si aliquis est bannitus in amputatione manus ratione alicu-
ius delicti.⁊ postea iterum bannitur in alio delicto in amputa-
tione capitis:⁊ captus est per familiam qualiter fiet executio:⁊
quid si non habeat nisi vnam manum.
5 Si haberet vnam manum aridam an illa erit amputanda.
6 De iure cõmuni pro furto non imponitur pena mortis.⁊ quid
si pluries furatus sit ⁊ si vnũ esset excessiuum an equiualeat tri-
bus vt suspendatur fur.
7 Si primum ⁊ secũdum furtum facta fuerunt in alieno territo-
rio an iudex poterit aggrauare penam tertij furti commissi in
suo territorio.
8 Si de primo ⁊ secundo furto fuit punitus an debeat aggraua-
re penam vltimi.
9 Furum quatuor sunt species qꝛ quidam sunt improbi : quidã
improbiores : quidam improbissimi:⁊ quidam plusꝙ impro-
bissimi:⁊ qui sint:⁊ qualiter puniantur.
Qui dicantur crassatores.
10 Quis dicatur latro:⁊ quando dicatur famosus latro.⁊ nu.9.



SI nouo iure. Ista aut. continet quatuor dicta.secundum ibi:
sed pro furto.tertium ibi:fures autem.quartum ibi:
qui autem violenter.⁊ hec sufficiant pro summario.
1 venio ad casum. ¶ † Circa primũ casum queritur primo quo-
modo cognoscitur quod crimen mereatur amputationẽ mem-
bri postꝙ de iure cõmuni non reperitur ista pena. Respondeo
pone exemplum si statutum daret arbitriũ potestati de aliquo
crimine vel generaliter de imponendo penam corporalem que
sibi videbitur etiam vsqꝫ ad amputationem membri. sibi autẽ
videtur crimen mereri abscissionem membri:quod ergo mem-
brum faciet abscindi ⁊ ista aut.docet qd nec pedem nec oculum
qꝛ sunt nobiliora membra nec aurem qꝛ est debilius sed vnam
manũ que est mediocris pena. Et hec no.nec video qualiter pos
2 sit exemplificari aliter. ¶ † No.igitur quod manus dicitur mẽ-
c brum[c] quod declara vt no. Bar.in.l.ij.ff.de pub.iudi.nam mem
brum dicit a metior metiris:⁊ quelibet particula corporis po-
test dici membrum:tamen strictius sumitur pro illa parte que
habet certum officium deputatum vt manus ad tangendum:
pes ad ambulandum:oculus ad videndum:lingua ad loquen-
dum:aures ad audiendum. Digitus autem non dicitur mem-
brum sed officium membri.vt in.l.idem offilius.ff.de edil.edi.
et.l.non sunt liberi.de sta.homi.nisi forte ratione relationis sm
Bald.⁊ si statutum dicit quod abscindenti membrum alterius
simile membrum abscindatur et aliquis abscinderet digitum.
nam similis digitus esset sibi abscindendus et posset dici sm eũ
membriculus. Sed an amputatio mẽbri sit pena capitalis.qui-
dam quod sic:qꝛ capitalis est que incipit penã mortis.l.edicto.
§.rei capitalis.

§.rei capitalis.de bo.po.sed illi membrũ qđ abscinditur infertur mors.Bar.tñ ibi determinat ꝯtrarium qꝛ illa dicitur pena mortis qua totum corpus moritur vel de ciuitate eximitur puta per deportationem vel damnationem in metallum quod non cõtingit in pena amputationis membri.talis enim non posset imponi nisi ab eo qui posset imponere mortis penam totius corporis quia est de mero imperio:vt.s.de offi.eius qui vi.alte.ge.l.ij. et
3 ibi no.†Sed pone statutum dicit qđ vulneranti aliquem in platea manꝰ abscindatur.Aliquis vulnerauit aliquē in platea pluribus vulneribus eodem tempore an plures manus sint abscindende videtur quod sic quia tot sunt delicta quot ꝛ vulnera et eodem tempore facta:ꝛ quodlibet meretur penam.l.nunꝙ plura.ff.de priua.delic.ꝛ.j.eo.l.quicunqꝫ.versi.j.In contrariũ facit iste tex.in verbo vna sola.ꝛ quia fuerunt simul facta videtur esse vnum delictum per gloss.que est in.l.j.ĳ.vnde vi.circa fi.habetur de ista questione vide Barto.in.l.vulgaris.circa fin.ff.de furtis.
4 ¶†Item queritur aliquis est bannitusᵃ in amputatione manꝰ
a ratione alicuius delicti postea iterum bannitur in alio delicto in amputatione capitis captꝰ est per familiam.qualiter fiet executio dico quod primo debet amputari manus ꝛ postea decapitari ꝛ sic patietur ambas penas:sed si fieret econtra non pateretur nisi penã mortis qꝛ amputatio manus post mortẽ non esset pena.Ita determinat Barto.in.l.iudices.§.delatoribus.libr.x. Item pone qđ non habet nisi vnam manum ꝛ delictum requirit ex forma statuti amputationẽ manus an illa sit abscindenda quidam quod sic.argu.in.l.si in emptione.§.fi.ff.de contraben.emp.contrariũ tamen tenetur ꝑm ꝙ plures doc.Jaco.bu.Bal.ꝛ Ang.qꝛ grauior esset pena habenti vnam manum ꝙ habenti duas ꝛ statutum imponens penam manus debet restringi ad habentem duas manus.ꝛ ita intelligitur iste text.debebit ergo fieri commutatio in aliam penam.vt infra certum tempus cri-
5 mi.questio termine.l.ij.¶†Ultimo queritur circa istam particulam quid si haberet vnam manum aridam an illa erit ampu-
b tanda.ᵇquidam dicunt quod non illa sed alia ne delictum remaneat impunitum quia non videtur pena amputatio manus aride.tu dic contrarium per gloss.que est quia illa est amputanda in qua minus potest:sed minus dicitur posse in arida etiaꝫ si nihil possit:vt.l.illud.§.minus de tributo.ꝛ sic verificatur ista glo. preterea non est parua pena deformitatis que maior resultat ex amputatione manus licet aride.ꝛ ita determinat Joan.andre. in mercurialibus in regula in penis.pro hoc allegat Ange. bonum text.in.l.iij.§.ij.vel.iij.ff.arb.fur.cesa.vbi appellatione arboris continetur etiam illa cuius radices desierunt viuere:ꝛ sic est desiccata quousqꝫ durat supra terram ꝛ incidens illam perinde punitur ex illo titu.sicut si incideret aliam virentem ergo videtur amputanda manus licet arida:ꝛ erit satisfactum verbis
6 statuti ꝛ ista est benignior pars.¶†Circa secundum dictũ semper allegatur iste text.quod de iure communi pro furto non im-
c ponitur pena mortisᶜ quod est verum si semel quis furatus est. si vero pluries tunc vltimum aggrauatur propter precedentia: vt.j.l.proxi.§.j.ꝛ.l.capitalium.§.solent.ff.de penis.ꝛ.l.iij.in fine s.de episcopa.audien.ideo de consuetudine ꝛ ex forma statutorum pro tertio furto suspenditur.dicit etiam Bald.quod esset suspendendus etiam pro vno si esset excessiuum furtum ꝛ maximum sicut effractura ostij vel scrinei:vt.ff.de effrac.ꝛ hic circa fi.alij contra quod plus aggrauatur delictum ex frequentia ꝙ ex magnitudine rei subtracte.ꝛ istam partem tenet hic Rapha.
7 †Quid autēꝫ si primum ꝛ secundum furtum facta fuerunt in alieno territorio an iudex poterit aggrauare penaꝫ tertij furti commissi in suo territorio.videtur quod non:quia de illis non posset cognoscere puniendo ergo nec aggrauando.contrarium determinant docto.quia multa licet in consequentiam que non principaliter:vt.l.quoties.s.de iudi.De hoc vide per Barto.in
8 l.si cui.§.cum sacrilegium.ff.de accu.†Sed quid si de primo et scđo fuit punitus videtur quod non debeant aggrauare penaꝫ vltimi:qꝛ sic de eisdem delictis pluries puniretur contra.l.ꝛ lꝫ in fi.ff.nau.cau.sta.Contrarium tamen dic per.d.l.capitalium. §.solent.ibi dum dicit tractari clementius ꝛc.nã loquitur quando pro prima ꝛ secunda vice fuit punitus ꝛ tamen dicit qđ tertia vice punitur acrius propter precedentia.Aduerte tamen qꝛ oportet vt constet de primo ꝛ secundo aliter quam per generalē confessionem eius.Si enim captus pro furto confitetur alia furta fecisse ꝛ non diceret quando nec cui de quibus rebus nõ propter hoc deberet suspendi:quia tali confessioni non statur cum agitur de pena mortis vel corporali cum non sit dominus membrorum suorum ꝛ posset ita confiteri volens mori.l.non tantuꝫ. ff.de appella.iuncta.l.si quis in graui.§.illud.ff.ad sil. ita tenet hic Baldus notabiliter et istuꝫ casum vidi de facto bononie in quodam capto qui confitebatur se plura homicidia commisisse et non constabat de personis interfectis.Unde allegabamus pro eius defensione dictũ Bal.quod debeat aliter constare per d.§.illud.ꝛ profuit allegatio quia fuit decapitatus:sed fuit sibi amputata manus licet potestas propter multa mala que audiuerat de factis suis haberet magnam voluntatẽ ipsum suspen-
9 dendi.¶†Circa tertiam ꝛ vltimam partem nota quatuor esse species furum.nam quidã sunt improbi qui clam ꝛ sine armis et sine effractura furantur ꝛ isti sunt domestici:ꝛ furantur rem modici valoris nullo modo puniuntur.vt.l.respiciẽtem.§.furta domestica.ff.de penis.Sꝫ si sunt extranei dic:vt.s.dixi.Quidam vero sunt improbiores vt qui cum effractura furãtur qui vocantur expilatores.ff.de effra.ꝛ isti puniuntur acrius etiam pro vno furto arbitrio tamen iudicis.Quidam sunt improbissimi vt qui in strata publi.furãtur sine tamẽ interfectione ꝛ vocantur crassatores:vt.l.capitalium.§.crassatores.ff.de penis. Quidam vero plusꝙ improbissimi qui in strata publica ꝛ cum interfectione ꝛ isti vocantur publici latrones qui etiam de iure digestorum debent suspendi.ꝛ.d.l.capitalium.§.famosos.Glo. tamen hic que incipit fustibus videtur velle quod publicus latro dicatur ille qui consueuit furari ꝛ sic etiam si clam.si tamen pluries diceretur latro.Barto.in.d.§.famosos.intelligit istam glo. verã quando contra ipsum laboraret infamia alias nõ di-
10 ceretur latro nec famosus.†Tu dic quod latro non dicitur nisi quando palam ꝛ in strata publica.non tamen dicitur famosus nisi pluries facere consueuerit.Et ista fuit intentio glo.non autem quod fur occultus posset dici latro:sed bene posset dici famosus fur si pluries fuisset furatus et laboraret contra ipsum infamia.Et nota hoc ꝑpter statuta que loquuntur de furibus ꝛ latronibus:et isto anno habui de facto in ciuitate Uicentie et dubitabatur de quodam capto pro robaria ꝛ an possit dici publicus latro qꝛ semel tantũ derobauit.nam statutum ibi acrius punit latronem ꝙ furem.et ista glos.allegata fuit pro eo quod non:qꝛ licet in stra.publi.non tamen reperiebatur vnꝙ illum talia cõmisisse nisi tunc:ꝛ statutũ loquebatur de famoso latrone.vnde non poterat dici famosus propter hoc solum quia in strata publica.nihil tamẽ valuerunt allegationes quia fuit suspensus.

2 ☞An de iure nostro masculinum concipiat femininum.
3 Delinquens contra aliquem pluries eadem specie vel genere delicti an debeat pluries puniri.ꝛ vide nu.9.
4 Si quis aliquem aggressus fuerit vel insultauerit et percusserit an puniatur tantum de percussione et non de insultu posito quod statutum imponat aliam penam pro insultu:et aliam pro percussione.
Quid in eo qui primo vulneraret ꝛ postea occideret.
5 Si vnum statutum dicit quod vulneranti aliquē in platea manus amputetur:ꝛ aliud dicat qđ occidens forẽsem forẽsem extra plateã tunc si quis in platea cepit vulnerare forẽsem ꝛ cum fugeret insequutus est eum ꝛ extra plateam occidit:licet vno impetu videtur hoc fecisse:tamen punietur pena manus propter vulnus illatum in platea ꝛ in centum propter mortẽ illatã extra plateã.
6 Delictum tutoris non facit pupillum incurrere penam.
Quid si committatur in administrando.
Titulus inducit bonam fidem.
7 Statutum si punit actũ prout infertur in persona puta si quis turbauerit aliquem in sua possessione puniatur in tali pena qđ tunc requiratur quod turbauerit dolose ꝛ an tũc quelibet causa etiam iniusta excuset a pena.ꝛ quid si punit actum prout infertur in rem.
8 Quando aliqua lex iuris cõmunis facit mentionem de solido sumitur solidus pro aureo ꝛ tanti ponderis quod septuaginta duo faciunt libram.
9 In penis alternatiuis cuius sit electio.
10 Iudex causarum ciuilium an possit se impedire de causa criminali incidenter.
11 Seruus an contra dominum debeat torqueri.
Quod tantũ valeat libera depositio ꝛ testificatio liberi hominis ꝙtum extorta per torturam a seruo.

mon.l.falsa demonstratio.§.fi.⁊ sic dicēdo si filiꝰ ⁊ vxor nō erūt
heredes titius sit heres ꝑinde est ac si dixisset si filius non erit
heres titius sit heres:⁊ si vxor nō erit heres titius sit heres.gl.
rñdet qͦ fallit hoc casu:⁊ nō assignat rationē fallētie:dic veruꝫ
esse qͦ soluit̃ in plures singularitates:talis tñ nature ⁊ cōditio
nis qualis erant sub gñalitate:sed ista vulgaris sub gñalitate
vel pluralitate cōprehensa nō comprehēdat tacitā pupillarem
ergo resoluta in plures singularitates non cōprehendit:qꝛ reti
2 net naturā:⁊ ista est solennis solutio.†Hoc.aūt intelligūt alio
modo in penitus extraneo qͦ ista glo.voluerit dicere qͦ vulga
ris substitutio facta in duobus etiā sine expressione nōis colle-
ctiui:puta si filius ⁊ vxor nō erūt heredes locū non habebat ni-
si neutro existente herede:⁊ sic subintelligat̃ nomen collectiuū
s.si neuter vel si neqꝫ filius neqꝫ vxor:⁊ sic vno repudiāte non sit
locus substitutioni:sed eius portio accrescit coheredi adeūti:⁊
erit casus in quo ius accrescendi potentius erit q̄ substitutio.
Aliū casum habuisti in.l.fi.s.ti.j.ꝺm lecturā Bar.ꝯ quem intel
lectū videtur tenere in.l.lucius.§.caio.ff.ad treb.So.ibi in sub
stitutione fideicommissaria facta duobus sine expressione nōis
collectiui:puta titiū et seiū heredes instituo:⁊ post eoꝝ mortē
volo bona ꝑuenire in semproniū:nā tunc vno moriente portio
eius statim venit ad semproniū:vt ibi.Secus si cū expressione
nōis collectiui puta post mortem vtriusqꝫ vel amborum.l.here
des mei.§.cū ita.eo.titu.Nos loqmur in substitutione vulgari
q̄ licet sit facta pluribus sine expressiōe nōis collectiui:tñ vno
repudiāte non sit locus substitutioni:sed reqritur qͦ omnes rē
pudient.Ratio est qꝛ cōcipitur añ aditā hereditatem quo tpe
inter eos est locus iuri accrescendi qͦ ius testator censetur vo-
luisse inter eos reseruare substituendo eis cōiter.l.codici.ff.de
vsufr.le.Sed fideicōmissaria cōfertur post aditā hereditatem
quo tpe cessat ius accrescēdi:ideo cessat rō predicta.Et dicunt
qͦ in fideicōmissaria agitur de pluribꝰ effectibus:in vulgari de
vno q̄ oīa plene examina vt not.Bart.in.l.heredes mei.§.cum
ita.ff.ad treb.Et istū intellectū habuit gl.ad istū tex.j.eo.l.cum
quidā.sup verbo vterqꝫ dū allegat istū tex.in fi.Et ad istud cōi
ter allegat̃ tñ reuera ista nō fuit intētio gl.q̄ est hic.sed illa quā
s.dixi formādo contrarium est verū in se:⁊ ꝑ oēs tenet̃ ꝙ sit dif
ferentia inter vulgarē ⁊ fideicōmissariā qñ fiunt pluribus sine
expressione nōis collectiui:si autem cum ea non sit differentia.
⁊ vide oīno qͦ no.Bar.in.l.quidā testamento ꝓculum.ff.eo.ti.
2 ☞ Si aliqs fuit electus in ꝑtātē alicuius loci ⁊ in eius defe-
ctum fuit electus qdā alter ⁊ ille primus acceptauit sed postea
venire non potuit an habebit locum electio facta de secundo.
1 **Post aditam.** †Per aditionem heredita
tis extiguitur vulgaris sub-
stitutio ad hoc allegat non sic pupillaris expressa vel
tacita.vt patet.j.eod.l.precibus.sed potius robora-
tur ⁊ confirmat̃:vt habetur in glo.ptꝫ ergo ꝑ istā.l.qͦ institu-
tus ⁊ substitutus simul cōcurrere non possunt.fallit in casu.l.si
paterfa.titium.ff.de here.insti.cū.l.seq.⁊ in casu quē.s.eod.l.he
2 res insti.posui ⁊ tangit̃ ꝑ Bar.in.l.j.ff.eo. ¶ †Et inducit̃ ista.l.
per Dy.si fuit aliqs electus in ꝑtāte alicuius loci:⁊ in eius defe
ctum fuit electus qdā alter ⁊ ille primus acceptauit:sed postea
venire nō potuit vtrū habebit locū electio facta de scđo:⁊ vide
tur qͦ non:sed expirauerit ꝑ hanc.l.⁊ sic sit opus facere aliā ele
ctionē.breuiter inspiciēda sunt verba electionis scđe.Naꝫ alia
fuit facta ille primus electus non venerit:et tunc siue non ve
niat:quia non vult siue non pōt locū hꝫ scđa electio:qꝛ illa v̓ba
sunt apta pati suū significatū.Aut fuit facta si primus non ac-
ceptauit:⁊ tunc acceptatione facta:expirat scđa electio per hāc
l.in dubio censetur facta:primo non.⁊ sic in omnē casum quo
prima deficit.argu.in.l.si plures.ff.eo.⁊ vide de ista.q.ꝑ Dyn.⁊
Bar.in.l.cū sub hac.ff.de cōdi.⁊ demon.Et si dicatur imo vere
qͦ etiam secūdo casu idem sit:qꝛ expresso vno casu ceteri veniūt
vt dixi in vulgari substitutione.s.de here.insti.l.iij.⁊.s.tit.j.l.si
mater.respondetur qͦ substitutio vulgaris ex iuris dispositio-
ne fit in omnem casum in quo institutus non sit heres:⁊ ideo si
exprimitur vnus ceteri vident̃ expressi:sed substitutio que fit in
officio:non hꝫ ceteros limites a iure scriptos vel deputatos
sed prout voluerunt eligentes:ideo si exprimūt vnū casum non
venit alius penitus diuersus:sed si generaliter loquuntur ve-
niūt oēs q sub generalitate possunt cōprehendi. ¶ In glo.fi.ibi
§.si vero institutionis.dic posita.de fideicom.aut̃.hoc amplius.
sed solue vt in secunda solutione gl.qꝛ ibi ex dispositione.l.ad-
mittitur:qꝛ institutus priuatur hereditate quā adiuit non etiā
iure substitutionis vt hic. ¶ In glo.ibi respōdeo substitutio lo
cū hꝫ dic.s.vt substitutus possit venire de iure ꝑtorio ꝑ bo.pos.
non de iure ciuili cū institutus remāserit heres noīe de iure ci-
uili non obstante restitutione in integruꝫ q̄ est de iure pretorio
vnde eodē iure non pōt substitutus effici heres quo ille reman-
sit:sed iure pretorio quo desijt:sicut no.in.d.l.sed si fine.sꝫ Bar-
to.tenuit quod imo substitutus efficeret̃ heres de iure ciuili nō
directo sed vtiliter per.l.j.§.si qd adita.ff.ad tertu.de hoc dic vt
no.per eum.in.l.ij.§.ergo.ff.eo.
2 ☞ Substitutio iuncta cum iure accrescendi sortitur naturam
ipsius iuris accrescendi vt deferatur inuito ⁊ an transmittatur
ad heredem sicut illud ius.
3 Substitutio vulgaris an faciat cessare ius accrescendi.
4 Coheres an possit portionē suā quā adiuit repudiare vt nō co-
gatur aliam partem deficientem acceptare.
5 An ille qui adiuit possit ad portionem repudiatam admitti vt
substitutus.
1 **Testamento.** ¶ †Substitutio reciproca
non tollit ius accrescendi
ideo portio deficiens tam iure accrescendi quā iu-
re substitutionis defertur adeunti etiam inuito.hoc
dicit ꝺm verum intellectum:licet text.non loquatur nisi de iu-
re accrescendi:sed non faceret ad titu.nisi suppleret̃ circa ius
substitutionis.et de hoc est casus in.l.si quis heres instituatur.
2 ff.de acquiren.heredi. ¶ †Et sic substitutio iuncta cum iure ac-
crescendi sortitur naturam ipsius iuris accrescendi vt defera-
tur inuito:secus si non esset cum illo coniuncta.l.si tu ex parte.
de acquiren.heredita.Nam sicut non cogitur quis adire ex in-
stitutione:vt.j.de iure deli.l.nec emere.ita nec ex substitutione
¶ An autem trahat a iure accrescendi vt transmittatur ad he
redem sicut illud ius quod non habet de sui natura:vt in.l.si
ex pluribꝰ.de suis et legiti.Dic quod non.vt no.in.l.qui patri.
de acquiren.heredi.⁊ est casus in.l.qui plures.et in.l.sed si plu-
res.ff.eo.tit.de vulga.et pupil.econuerso vero ius accrescendi
iunctum cum substitutione vulgari trahitur ad ea:vt extenda-
tur ad alia bona et habebat locum etiam post aditam heredi-
tatem quod non habet de sui natura:vt est casus in.d.l.qui pa-
tri.que est difficilis:et audiui a Bald.in voce quod ista fuit pri
ma.l.quam Barto.repeti erit in studio perusino cum esset ibi
nouiter

noviter electus de civitate pisarum cũ ibi noviter legeret: et qr ipse recitavit hic totã materiã iuris accrescẽdi quã ipse posuerat in .l. re cõiuncti. de leg. iij. quã repetierat pisis solennissime ultra oẽs alios: et tũc perusij acqsivit magnã famam et incepit vocari cõmentator: et qđ de tota italia illic cõcurrebãt oẽs scholares.

3 ¶ †Extra glo. op. ſm Bald. qđ non habebat hic locũ ius accrescendi qr substitutio vulgaris facit ipsum cessare et ei prefertur .l. ij. §. si duo. de bo. pos. ſm tab. Sol. verũ est si foret substitutus alius extraneus: quia tũc ista verba tendũt ad diversos effectus: secus qñ ipse est coheres: qr tunc tendũt ad eundẽ effectum: ut ille q adiuit habeat portionẽ deficientẽ tam iure accrescendi q̃ iure substitutionis. Sed cõtra qr ius accrescẽdi venit ex tacita voluntate defuncti: et ex legis dispositione .l. si titio et mevio. §. iul. de leg. ij. substitutus võ veniret expressa voluntate defuncti et expressũ facit cessare tacitũ et ,puisio testatoris facit cessare ,puisionem legalẽ .l. cũ ex filio. ff. eo. Solu. verum est si tacita ,puisio esset minoris effectus q̃ expressa: sed hic est maioris saltẽ in uno: qr defert portionẽ etiã invito qđ nõ facit substitutio. Simile in via ordinaria q̃ non facit cessare extraordinariã qñ illa est maioris effectus ut not. s. si adver. rẽ ind. l. si. ¶ Pro

4 declaratione gl. †oppo. dum hic dicit etiam invitis qđ imo nõ cogantur acceptare portionẽ repudiatã: lʒ suas portiones adiverint: imo possint eorũ portiones repudiare si illas volunt .l. cũ hereditate. ff. de acq. here. ,ppter. h. d. gl. qđ iste tex. dʒ intelligi qñ isti q adiverunt volunt retinere suas portiones et nolunt eas repudiare: sed bene volũt repudiare portionẽ deficientem et hoc facere nõ possunt ut hic. sed si vellent suas repudiare ad hoc ut non cogant̃ illa habere bñ possent ut in .l. cõtraria Bar. autem nota. dicit qđ illa .l. loqtur qñ coheredes invicẽ nõ essent instituti. et sic inter eos haberet locũ dũtaxat ius accrescendi: ʒ qñ sunt substituti: et sic hʒ locum utrũq3 ius in portione deficiẽte etiã illi q adiverunt velint suas portiones repudiare ne cogantur illã habere nõ possunt p istam .l. q̃ generaliter loquitur. ista est mirabilis limitatio ad illã .l. cũ hereditate et fundatur in hac ratione: qr cũ isti sciant se substitutos invicẽ adeundo proportionibus eoꝝ censentur se astrinxisse ad acceptandũ etiam portionẽ alterius si fuerit repudiata sicut in alio casu q ponit̃ in .l. si duo. ff. de acq. here. Sed qñ nõ sunt invicẽ substituti: non sic videntur scire dispositionẽ iuris que est ut portio repudiata eis invitis debeat accrescere. ideo magis tunc subvenit̃ adeuntibus: ut si illam nolint possint eoꝝ portiones repudiare qđ est

5 subtile et singulare. ¶ †Querit gloss. an ille qui adiuit possit ad portionẽ repudiatã admitti ut substitutus. nam tex. hoc nõ dicit sed solum coheres per ius accrescẽdi: certe non solum potest admitti: imo etiam invitus cõpellitur habere ex iure substitutionis sicut habet per ius accrescendi. et de hoc est casus in .l. quã glo. allegat. Sed dubiũ restat qd si nõ vult habere per ius accrescendi: sed dũtaxat iure substitutionis. respõdeo. si adiuerat portionẽ suã hoc facere non põt: sed si repudiavit bñ potest tñ cum illa portione quã cõsequetur ex iure substitutionis habebit etiã portionẽ p eum repudiatã vel totam si non erant nisi duo instituti vel partẽ si erant plures q̃ portio p eum repudiata accreuit portionibus aliorum. et de hoc est casus in .l. si tu ex parte. de acqui. here. Et si dicatur tu dicis impossibile: quia ponis qđ qs repudiavit portionẽ suã et potest adire qđ postea portionem coheredis q̃ repudiabitur virtute substitutionis: ʒ certe ex quo repudiavit suã portionẽ nõ videtur admittẽdus ad portionẽ coheredis etiã virtute substitutionis: qr censetur substitutus ut heres: et heres nõ est ut est tex. cũ glos. in .l. q plures. in fi. ff. eo. Sol. verum est qñ esset substitutus ut heres qđ in dubio presumitur si non fuit substitut' per nomẽ ,pprium. ita intelligitur illa .l. q plures. cum sua gl. secus si per nomẽ ,ppriũ: et ita debet intelligi .l. si tu ex parte. ut colligitur ex no. per Barto. in utraq3 .l. et ista sunt subtilia.

1 
I testamento. †Per substitutionem pupillarẽ succedit̃ pupillo ex testamẽto. Et venientes abintestato repellũtur. h. d. hic non sunt alia.

2 Substitutio vulgaris qñ mater est in medio nõ continet cũ effectu tacitam pupillarem contra matrem.

3 Tacita pupillaris an admittat̃ cõtra alios veniẽtes abintestato et an excludat matrem. et nu. 6. et 7.

Expressa pupillaris que fit hoc modo si filius meus decesserit in pupillari etate talẽ substituo excludit matrẽ etiã a legitima sibi debita in bonis filij.

4 Pupillaris cõprehẽsa in cõpendiosa nõ est expressa sed tacita.

5 Sicut expressa pupillaris facta verbis specialibus excludit matrem ita et comprehensa in compendiosa. et nu. 12.

6 Compẽdiosa etiã a milite facta post pupillarẽ etatẽ non valet iure directo sed iure fideicommissi. et nu. 13.

7 Qualiter mater ,ppter non petitum tutorẽ privetur hereditate filij remissive.

8 Si testator substituisset pauperes christi vulgariter vel ecclesiã et sic ,p aĩa qr plus censetur dilexisse aĩam suã q̃ uxorẽ tunc substituti vocarentur ex tacita pupillari matre exclusa.

9 In pupillari substitutione an requirant̃ illa verba si heres erit.

10 Si in ea apponantur an talis pupillaris expressa cõprehendat tacitã vulgarẽ mere interpretativã et qđ tunc perempta pupillari perimatur tacita vulgaris.

11 Quid si non fuerũt apposita illa verba: sed dixit testator filium meũ instituo et si in pupillari etate decesserit titium substituo et quid hoc includat.

12 Quid si solũ dixit filiũ meũ pupillum heredẽ instituo et titium sibi substituo: an ista sit dũtaxat vulgaris substitutio et cõprehẽdat tacitam pupillarem.

13 Si dixit si filius meus in pupillari etate decesserit talis sit mihi heres: an ista erit pupillaris. a

14 Duo contraria in eodem subiecto stare non possunt.

Compendiosa facta a pagano an debeat censeri ut valeat uno iure tantũ .s. vel qđ sit directa tantũ et non obliqua vel obliqua tantum et non directa.

15 Cõpendiosa si fuit facta maiori tunc sive testator utatur verbis cõibus sive verbis directis cũ non possit valere iure directo valebit omni tpe iure fideicommissi.

16 Verba obliqua nunq̃ assumunt interpretationem directam: licet secus econverso.

17 Si testator disposuit qđ q̃ñcũq3 filius suus pupillus morietur bona sua dentur et distribuantur inter pauperes quia illa verba dentur et distribuantur sunt obliqua: et sic pauperes non veniunt ex pupillari substitutione sed ex fideicõmissaria succedũt pupillo venientes abintestato. et tenentur restituere hereditatem detracta legitima si est mater.

18 Trebellianica non detrahitur de fideicõmisso ad piã causam sicut nec falcidia de particularibus legatis.

19 Differentie inter fideicõmissariam substitutionẽ et directã et q̃ utilitas sit qđ directa obliquetur. et nu. 20.

20 Quod hodie etiam miles non possit sine causa gravare filium in legitima.

21 Substitutiones cõprehẽse in compendiosa dicunt̃ expresse verbis generalibus sed specialibus sunt tacite.

22 Qñ testator substituit pupillo filium propriũ presumit̃ voluisse ipsum preferri matri: et tũc tacita pupillaris matrẽ excluderet.

1 
Recibus. †Substitutus vulgariter per aditionẽ hereditatis excludit̃ et non admittitur ex tacita pupillari si mater pupilli erat in medio hoc primo. substitutus vero pupillariter p aditionẽ hereditatis nõ excluditur sed admittitur ad hereditatẽ pupilli decedẽtis in pupillari etate matre exclusa. h. d. scđo. idẽ si fuit substitut' cõpendiose et pupillus decessit infra pupillarẽ etatẽ hoc tertio. Si võ post nõ admittit̃ substitutus ex pupillari ad hereditatẽ pupilli sed ex fideicõmissaria ad bona primi testatoris dũtaxat sibi restituẽda p matrẽ pupilli q̃ ei ab intestato successit. h. d. quarto et ultimo. ista lex est solẽnior q̃ sit in toto corpore. C. et utilior in sui materia. ¶ Facit enim mentionẽ de quatuor substitutionib' trib' simplicibus et una cõposita .s. de vulgari et pupillari et fideicommissaria. et iste sunt simplices. Itẽ de cõpendiosa et ista est cõposita: qr continet vel continere põt oẽs predictas et etiã exẽplariã de qua in .l. seq. Et materiã

a istius cõpẽdiose[a] tractat hic gl. magna q̃ est utilior omnib' aliis et illã tractat Bar. i .l. cẽturio q̃ cõtrariatur fini huius .l. inq̃tũ ista vult quod post pupillarẽ etatẽ substitutio etiã facta a milite sit fideicõmissaria vel sit obliqua. Illa vero vult qđ sit directa militaris. est tñ verũ qđ nõ plus venit in ista directa q̃ in fideicõmissaria qr solũmodo bona primi testatoris: tñ alique utilitates resultant matri qđ potius sit obliqua q̃ directa: ut habet̃ in prin. glo. fi. et ibi tangã. Et divide in duas partes: quia primo in distincte querẽtẽ docet distinguere usq3 ibi: nã nõ est. scđo quẽlibet casum distincte ,psequit̃. ¶ In tex. ibi exprimere debueras. dic ista mater dimisit exprimere: an iste filius esset pupillus vel adultus: et an decesserit in pupillari etate an post utrum infra qr imperator istos casus tanq̃ omissos ,psequitur et etiã an iste filius esset in ptãte patris vel emãcipatus. Itẽ omisit exprimere in quẽ casum facta fuerat substitutio: an in primũ vel in scđm et primus casus est si fili' heres nõ erit. secundus est si heres erit et postea decesserit. et iste secũdus subdividitur in duos .s. cũ decesserit in pupillari etate vel cũ decesserit post. et primo casu eẽt substitutio vulgaris. scđo pupillaris. tertio fideicommissaria.

2 ¶ †Not. ergo ex primo casu qđ vulgaris substitutio qñ mater est in medio non continet cum effectu tacitam pupillarẽ contra matrem quia text. vult q̃ per aditionem hereditatis substitu-

a ¶ Istius cõpendiose. adde bar. in .l. ij. ff. e. ti. bal. i. c. si pater. de testa. lib. vj.

tus sit exclusus: ꝛ qd̄ mater ad hereditatē filij vocetur abintestato. ꝛ dicit tex. oīmodo. ꝛ sic etiam si decesserit in pupillari etate qd̄ nō esset si posset vocari substitutus ex tacita pupillari. ad hoc allegatur iste tex. Et no. q2 dicit tex. qd̄ nō est incerti iuris imo certi ꝛ indubitati: ꝛ istud fecit dubitare Bar. in intellectu glo. quē posuit in. l. fi. s̄. ti. j. vbi dicitur qd̄ fuit dubitatio inter
3 iuriscōsultos. †Quid autem de alijs venientibus abintestato[a] an contra eos admittatur tacita pupillaris prosequere vt per Bart. in. l. ij. ff. eo. ¶ Scd̄o no. in ver. si vero. ꝛ ad hoc semper allegatur qd̄ expressa pupillaris q̄ fit hoc modo si filius meus decesserit in pupillari etate talem substituo excludit matrem. quia iste tex. dicit qd̄ substitutus vocatur matre exclusa: vt ibi dū dicit eos habeat heredes quos pater ei constituit ꝛ erat dubium de matre: q2 sibi debetur legitima filij in bonis a quo reperit se excludi p substitutionē sine causa. vnde pōt conqueri: sed in alijs veniētibus abintestato q similiter excluduntur. vt. s̄. proxi. non bz locū ista ratio: q2 eis nō debetur legitima: tñ mater nec potest conqueri de filio: q2 nō ipse sibi testatus est: sed pater suus: nec de patre: q2 non tenebatur vxori sue ad hanc legitimā. ideo cōtra talē substitutionē non bz mater q̄relam. l. papinianus. §. sz nec impuberis. ff. de inof. test. ꝛ hoc etiam pbatur in. c. si pater. de testa. lib. vj. qd̄ per pupillarē substitutionē expressam mater excluditur etiam a legitima sibi debita in bonis filij: ꝛ ad hoc
4 allegatur semp iste text. ¶ †Tertio no. dū dicit vel expressa vel cōpendiosa qd̄ pupillaris cōprehensa in cōpendiosa non est expressa sed tacita qd̄ est verū verbis specialibus sed generalibus bene dicitur expressa vt habetur in glo. fi. ꝛ sic reducūtur ad cō
5 cordiam alie gl. q̄ dicunt qd̄ est tacita. ¶ †Quarto no. q sicut expressa pupillaris facta verbis specialibus excludit matrem. ita ꝛ cōprehēsa in cōpendiosa: q2 tex. iste duos ponit casus in quibus substitutus admittitur matre exclusa. s. cum facta fuit substitutio vsq3 ad certam etatem: puta pupillarē quo casu est expressa: vel qñ sine certa etate: vt qñcūq3 decesserit quo casu dicitur cōpendiosa: sub compendio enim verborū continet duo tempora ꝛ duas substitutiones ꝛ vtraq3 dicitur expressa verbis generalibus: ꝛ si decesserit in pupillari etate etiam isto casu substitutus admittitur ꝛ mater excluditur: vt ibi circa finē ibi siquidem
6 infra pubertatē ꝛc. ¶ †Ultimo no. in fi. q cōpendiosa etiam a milite facta post pupillarē etatem nō valet iure directo: sed iure fideicōmissi. ꝛ in hoc stat tota difficultas huius. l. super qua laborat glo. magna que incipit secus ꝛ etiam glo. fi. alia eñ sunt clara. ¶ Et in hac. l. sunt quatuor glo. recitande. vna que incipit: imo. alia q̄ incipit fm casum. alia que incipit secus. itē glo. fi. ¶ In glo. que incipit: imo ibi vt contra eam tacitam pupillaris non admittatur. no. q2 nō dicit qd̄ nō cōprehendatur: nā bene cōprehenditur mero iure. licet cōtra eā non admittatur ꝛ hoc pbatur. s̄. ti. j. l. fi. Et eodē modo glo. ibi loquitur sed in. l. cēturio. dicit qd̄ nō cōprehēditur. doc. illā gl. reprobāt ꝛ tenēt istas. Effectus aūt est magnus primus ille de quo in. d. l. fi. in fi. q2 si mater moriatur añ pupillū substitutus bene admittitur ex pupillari tacita qd̄ nō esset si nō cōprehenderetur. Idē dicit Barto. in. l. centurio. si mater superuiuat pupillo nō vult eius hereditatē abintestato vt substitutus eā haberet ex tacita pupillari. Ang. contra q2 statim mortuo pupillo aperta est via cause intestati ipsi matri. ꝛ hoc esse non potuit nisi perempta causa testati: ꝛ sic pupillaris tacita fuit perempta. vnde non reuiuiscit ex repudiatione matris per. l. deniq3. ff. de iniust. test. tu tene dictū. Bar. quia verū est qd̄ est aperta via cause intestati. i. si mater voluerit ꝛ tunc cā intestati substitutioni. ꝛ cū adit ꝛ non prius tacita substitutio pupillaris perimitur. Si autem non vult fingitur sibi nō fuisse aperta. Simile videmus qd̄ prius aperitur causa testati: ꝛ illa deficiente incipit habere locum causa intestati. ff. de here. insti. l. si ita qs heres institutus fuerit sibi legitimus. in pe. charta. Similiter si mater est incapax hereditatis filij vl' priuata pter nō petitum tutorem infra annū nō obstabit substituto quominus ex tacita pupillari admittatur postq̄ matri p
7 eius exclusionem non faueretur. †Et hinc sumpta occasiōe bal. hic satis impertinenter intrauit ꝛ examinauit materiam qualiter mater propter non petitum tutorem priuatur hereditate filij. de qua per Bart. in. l. ij. ff. qui petant tuto. ꝛ dicit hic Bal. multa bona ad que semper recurritur. sed Raph. est in opinione quod tacita pupillaris excludat matrē nisi in casu. l. fi. s̄. titu. j. qñ erat instituta simul cū filio ne illa. l. seruiat nobis de vento: q̄ opinio nō fuit sua originaliter: sed quorūdā antiquorū quos gl. ibi recitat ꝛ reprehendit per hanc. l. vbi non erat instituta: ꝛ tamen contra eam non admittitur. Sed ipse respondet qd̄ ista l. nihil facit ad ppositum: q2 loquitur qñ substitutio fuit facta in primum casum tm̄. ꝛ sic erat dūtaxat vulgaris: q2 ille dicitur primus casus. ꝛ hoc esse potuit si iste filius erat maior pupillo tempore testamenti vel maior factus decessit vel nō erat in potestate: quibus casibus non poterat vulgaris comprehendere pupillarem: nam ista mater declarauit imperatori: cuius etatis iste filius esset vel in qua etate mortuus est. Ideo imperator dicit qd̄ si substitutio fuit vulgaris tantum qd̄ est in predictis casibus tunc per aditionem hereditatis substitutus remanet exclusus. Sed si fuisset in potestate ꝛ mortuus fuisset pupillus: quia tunc ista mater non erat instituta etiam illa vulgaris poterat comprehendere pupillarem mater excluderetur: quia non est aliqua lex in mundo que dicat contrarium et non allegatur nisi ista lex ad quā potest de facili responderi. Certe ista fuit intentio imperatoris sed solū dicere an substitutio fuerit facta in primum casum. s. si heres non erit per que verba fit vulgaris. Nec curauit imperator isto casu an iste esset in potestate vel non: ꝛ an decesserit pupillus vel maior factus. ita intellexerunt glos. ꝛ doct. Ad. l. aūt fi. responde vt ibi dixi. temerarium enim est a cōi opinione recedere maxime glo. ¶ In glos. ibi respondeo sic dic: sed si potest constare per coniecturas de volūtate defuncti illa pupillaris non erit tacita sed expressa ergo questio glos. non procedit. Sed responde qd̄ imo est tacita quo ad verba: q2 eam de proprio significato non important tñ si pōt de intentione testatoris ostendi qd̄ voluit matrē excludi: q2 nō est mere interpretatiua sed puenit ex mente defuncti que matrem excludit: q2 cessat cōiectura legis que est qd̄ non est verisimile testatorem voluisse matrem excludere a luctuosa hereditate filij. Qualiter autē potest probari Bart. in. l. ij. ff. eo. dicit qd̄ ex quatuor. s. ex his q̄ dicit testator extra testamentum. Itē ex his q̄ in testamento. Itē ex qualitate persone matris si erat exosa testatori propter eius forte delictū. Itē ex qualitate persone substituti ꝛ si erat filius testatoris quē plus dilexisse presumitur quā
8 vxorem suam. vt no. in glo. fin. huius. l. †Item dicit Ang.[b] notabiliter valde si substituisset pauperes christi vulgariter vel ecclesiam: ꝛ sic pro anima: q2 plus censetur dilexisse aīam suam quā vxorem. Et ideo tunc substituti vocarentur ex tacita pupillari matre exclusa qd̄ perpetuo tene menti. Ponit etiam ipse plures alios casus quos vide hic per eū. ¶ In glos. seq. q̄ incipit fm casum. ibi: ꝛ postea desinat expone. i. moriatur. non autē desinat. s. esse heres: q2 desinere non potest postq̄ semel fuit. l. ei
9 qui soluendo. ff. de here. insti. ¶ †In gloss. ibi si filius meus heres erit et in pupillari etate decesserit. dic qd̄ certe: licet pupillaris possit isto modo fieri. l. j. ff. eo. tñ nō est necesse qd̄ illa verba si heres erit apponantur cū possit fieri filio etiam exheredato vt insti. de pup. subst. §. non solū. vñ sufficit qd̄ dicat si filius meus decesserit in pupillari etate: ꝛ posito qd̄ filius meus non sit heres: q2 repudiauit hereditatem. si tñ non habebat coheredem: ꝛ sic fuit effectus suus heres ꝛ propter existentiam sui heredis fuit confirmata substitutio pupillaris poterit substitutus admitti ad filij hereditatem: ꝛ ad eius bona aliūde quesita in expressa pupillari. l. si filius qui patri. ff. eo. ꝛ. l. iulianus. ꝛ. l. filius qui se paterna. ff. de acquir. here. ꝛ sic habebat coheredem extraneum adhuc: ideo si ille adiuit hereditatem alias propter existentiam sui heredis non cōfirmarentur tabule pupillares. l.
10 apud iulianum. §. idem iul. ff. ad treb. †Sed aduerte ad vnum qd̄ hic pulchre ꝛ nota. dicit Bal. qd̄ qñ in substitutione pupillari fuerunt apposita hec verba si heres erit tunc talis pupillaris expressa cōprehendit tacitā vulgarē mere interpretatiuam quia venit contra pprietatem verborum. s. si nō erit heres: ꝛ ideo q2 illa dependet a pupillari expressa perempta pupillari. vt quia filius decederet viuente patre etiam illa tacita vulgaris expiraret. Et isto casu loquitur opi. Dy. qui tenuit qd̄ perempta pupillari perimitur tacita vulgaris per. l. qd̄ si filius. ff. de capti.
11 de quo per Bar. in. l. lex cornelia. ff. eo. ti. ¶ †Si vero ista verba non fuissent apposita. ꝛ q2 dixisset filium meum instituo: et si in pupillari etate decesserit titiū substituo. Ista verba de sui significato includunt duos casus. s. si decesserit in pupillari etate hereditate nō adita vel si decesserit ea adita. In primo autem quo ad bona testatoris importatur vulgaris: quo ad pupilli bona importatur pupillaris: ꝛ vtraq3 dici pōt expressa verbis generalib9: q2 veniunt ex pprietate verbor. ideo tūc vulgaris nō dependet a pupillari ꝛ p cōsequēs extincta pupillari: q2 si moreretur in vita testatoris nō extingueretur vulgaris nec haberet locū determinatio Dy. qd̄ ppetuo tene menti. Et istū casum habui de facto florentie: ꝛ ita cōsului cū pluribus doct. perusinis magne autoritatis solū per dictū Bal. qd̄ est subtile et pulchrum.
12 ¶ †Quid autē si nullū istor verborū fuit appositū: sed solum dixit filiū meū pupillū heredē instituo ꝛ titium sibi substituo videtur q ista sit dūtaxat vulgaris substitutio ꝛ cōprehēdat tacitam pupillarē per glo. que est in. l. gallus. §. j. de lib. ꝛ posthu. ꝛ per. l. iam vere. §. j. ff. de vulg. ꝛ pupil. dū dicit in vulgarē tātum modo. ꝛ p glo. que est in. l. verbis ciuilibus q̄ dicit q dubia substitutio interpretatur vulgaris: qd̄ etiam videtur tenere Bart. in. l. centurio

[a] ¶ Abintestato. Adde diffuse p Barba. in repe. c. raynu. de test.

[b] ¶ Itē dicit Ange. Adde Alex. deimo. i ɔsi. xcij. cal. fi. in. iij. vol. Lur.

in. l. centurio. Ego fateor esse verũ si esset facta maiori pupillo: q2 est vulgaris τ nõ fideicõmissaria: q2 facta sine commemoratione mortis: sed cũ facta est pupillo cui poterat pupillariter substitui nõ video quare non cõprehendatur τ pupillaris non dicatur substitutio. s. vulgariter τ pupillariter. nam video qd in reciproca facta p hec verba vos inuicem substituo comprehenditur vulgaris τ pupillaris quando facta est personis paribus: idẽ debet esse in reciproca facta modo predicto vt. s. eo. l. Quis. in prin. vbi casus: q2 ibi non loquitur in reciproca: sed
13 in alia facta duobus paribus. ¶ † Item qd si testator dixit si filius meus in pupillari etate decesserit talis sit mihi heres[a]: an ista erit pupillaris videtur qd non: q2 per pupillarem non efficitur heres mihi sed filio. contrarium dic si filius erat institutus: q2 ipso mediante etiam mihi efficitur heres. l. fi. s. de here. insti. vnde illud verbũ non facit quominus etiã filio videatur substitutus. τ de hoc est casus in. l. si ita. l. q filio. ff. de bon. poss. sm tab. sed si filius nõ esset institutus sed exheredatus ista vba nullã substitutionẽ importarent. Plus dico qd in primo casu etiam si substitutio fuit facta in vna re vel fundo: si tamen per verbũ directũ esset pupillaris extẽderetur ad oĩa bona pupilli. Casus est singularis in. l. coheredi. §. fi. ff. de vul. τ pu. secus si per verbum cõe qd est appositũ rei singulari tunc non importat vniuersalem substitutionẽ. l. cogi. §. τ generaliter. ff. ad treb. Quod aũt subijcit̃ hic in glo. qd cõpendiosa fit verbis directis: τ idẽ dicit qd alia glo. magna: non intelligas propterea quin possit fieri verbis cõibus vt est casus in hac. l. sm intellectum quem tangam in seq. glo. magna. ¶ In glo. magna que incipit sec⁹ dicã. primo tractat de cõpẽdiosa facta a milite vsq3
14 ibi s3 in pagano: postea de facta a pagano vsq3 in finẽ. ¶ † Pro declaratione prime partis opponitur contra finem. l. quod licet iste decesserit post pupillarem etatem substitutus non habebat necesse venire ex fideicommissaria substitutione τ petere a matre bona testatoris vt dicit̃ in text. sed possit venire ex directa substitutione militari τ propria autoritate capere q2 miles etiã post pupillarez etatem potest substituere directo in bonis suis ꝓprijs vt in. ll. allega. in glo. cũ possit quem facere heredez ad tẽpus. i. quousq3 vixerit τ postea aliũ qui post mortẽ incipit esse heres τ prius desijt. s. de test. mili. l. certi iuris. ¶ Sl. videtur soluere tribus modis. primo qd istud esset verũ si mater nõ esset in medio: sed quia erat eius fauore illa substitutio que poterat esse directa obliquatur. τ istam solutionem sequunt̃ quasi oẽs docto. Sed nõ placet: q2 mater in bonis patris seu mariti sui nullum meretur priuilegiũ: licet bene mereatur in hereditate filij: τ ideo tacita pupillaris contra eã nõ admittitur: q2 in ea tractatur de hereditate filij: sed qd substitutio militaris que possit valere iure directo in testamento militis fauore matris obliquet̃ hoc nulla ratione fulcit̃. potius eñ deberet obliquari infra pupillarem etatem q̃ post. Alij dicunt vt Guar. qd miles post pupillarem etatem nõ potest substituere directo. τ ista nõ est digna recitatione: q2 contra mille leges τ specialiter contra l. centurio: al's miles non esset plus priuilegiatus q̃ paganus. Alij dicũt qd aut miles facit substitutionẽ compendiosam maiori pupillo: τ tunc fatentur qd omni tempore valeat iure directe militaris siue mater sit in medio siue non. Aut facit eaz pupillo: τ tunc q2 in pupillarem etatẽ potest valere iure directo τ de iure communi satis habet lex. vnde non vult qd postea valeat iure directe militaris si mater est in medio. Sed ista videt̃ contra. l. centurio. nisi dicamus qd ibi mater nõ erat in medio qd est diuinare. Bar. autẽ ibi dicit qd aut facta est substitutio p verba directa: vt qñcunq3 decesserit talis sit heres τ tunc omni tempore valet iure directo τ non obliquantur verba propter matrem. τ ille est casus in. l. cẽturio. Ex quo patet qd maius est priuilegiũ militis q̃ fauor matris que non facit vt verba directa que ex priuilegio militis possunt valere iure directo obliquentur. Cuius cõtrariũ vult prima solutio qd maior sit fauor matris τ hoc placet. Interdũ facit substitutionẽ p verba cõia vt qñcũq3 decesserit talem substituo: τ tũc loquitur ista. l. τ hoc etiam placet: sed postea subdit qd isto casu si mater non esset in medio adhuc valeret iure directo postq3 verba possunt pati: τ miles potest hoc facere sed si est in medio mater valet iure fideicommissi. τ iste est casus huius. l. Ego dico qd etiam si mater nõ esset in medio non valeret iure directo sed iure fideicommissi: τ quod nihil operatur fauore matris: q2 qñ miles vtitur vbis communibus non censetur voluisse vti priuilegio militari nec testari vt miles: sed vt paganus nisi contrarium probetur vt est casus in. l. in testamento. in fin. s. de testa. mili. per quam datur intelligi hec. l. τ colligitur ibi difficile cõtrarium. τ sic dico qd hic est casus contra Bar. qui tenuit in. l. centurio. qd compẽdiosa facta a pagano p verbũ cõmune si mater est in medio omni tpe valet iure fideicommissi etiam intra pupillarẽ etatem fauore matris: sed si mater nõ est in medio tunc infra pupillarem etatẽ valet iure directe pupillaris. τ postea nec fideicõmissi. certe licet testator esset miles nõ fuit testatus vt miles sed vt paganus: τ tamen infra pupillarem etatem valet iure directe pupillaris: τ postea iure fideicommissi. τ sic est casus contra eũ in primo directo. Ipse tamen ibi perpẽdit: vt hic. qd hic testator erat miles: sed quid ad rumbũ: q2 nõ fuit testatus vt miles. τ hoc nõ considerauit Barto. tene menti ergo qd dixi τ multos reperies cõcordare in hac opinione: τ vidi semper sic consulere per Alder. τ audio qd Salic. hoc tenet τ probatur etiã in. c. si pater. de testa. lib. vj. vbi licet Bar. respõdeat qd ibi erant verba directa sed non placet: q2 licet essent directa non tñ ciuilia: τ sic habent significatũ obliquũ potius q̃ directũ. Sed. d. Rapha. dicit non esse verũ qd hic obliquetur substitutio post pupillarem etatem imo valet iure directe militaris: tñ q2 in ea non veniunt nisi bona testatoris non antẽ pupilli habet similitudinẽ cũ fideicõmissaria: τ hanc similitudinem voluit text. hic in fi. denotare dum dicit velut ex causa fideicommissi. i. sicut p fideicõmissariã qua peterentur bona testatoris dũtaxat: ita τ per istã militarẽ. Sed non placet iste intellectus: q2 tex. in fi. dicit qd bona possunt peti per substitutum a matre pupilli que est heres pupilli ab intestato: sed si posset venire ex directa militari non haberet necesse petere. imo propria autoritate posset capere. veritas ergo ista
15 est quã dixi τ per alios non tacta nec declarata. ¶ † Pro declaratione secunde partis glo. cum compendiosa fit a pagano notandum qd glo. hic presupponit pro fundamento τ pro constanti ponit q̃ vna τ eadẽ substitutio numero non potest duplici iure valere vel censeri vt aliqñ valeat iure directo aliquando iure fideicommissi. arg. in. l. eum qui edes. ff. de vsuca. cum sint vie cõtrarie. l. fi. s. de codi. τ duo contraria in eodem subiecto stare nõ possunt. l. j. s. de fur. τ ideo vel oportet dicere qd sit directa tantum τ nõ obliqua vel obliqua tantũ τ non directa. Dicit ergo glo. qd si facta est pupillo p verba directa talis sit heres tunc cũ infra pupillarem etatem possit valere sm proprietatem verborum iure directo erit directa tãtum pupillaris. postea vero cũ non possit valere iure directo nec iure fideicõmissi valebit ne diuerso iure censeatur. τ dicit esse casum. l. verbis ciuilibus. ff. eo. dũ dicit frustra post pupillarem etatem directo substitui: si frustra ergo nullo modo valet. τ hoc etiã tenet glo. in. l. centurio. ff. eo. τ insti. eo. in gl. mag. τ Azo in summa τ Jac. balduini. Dyn. Cy. τ glo. in. c. si pater. de test. lib. vj. τ etiam Innocẽ. sed postea Jo. an. in nouella tenet qd imo etiam post pupillarem etatem valeat iure fideicõmissi. τ dicit esse casum in illo. c. iuncto. c. raymutius. τ hoc etiam tenuit quidam antiquus doctor Bononiẽsis disputando q vocatus fuit Bartolutius de pretis: τ principaliter mouet̃: q2 nõ est incõueniens dicere q̃ eadẽ verba relata ad diuersa tẽpora vno tpe intelligãtur ꝓprie altero improprie vt. l. pater seuerinã. §. conditionum verba. ff. de condi. τ demõ. vbi verbũ tutor relatũ ad etatẽ pupil. sumitur proprie τ relatũ ad tps post improprie ꝓ procuratore. Facit etiã ratio: q2 testator noluit substituere vtroq3 tpe: ergo vt seruetur eius volũtas post pupillarem etatem: licet nõ possit substitutio valere eo modo quo valuit iure directo valeat eo modo quo valere põt. nec est inconueniens qd verba directa obliquentur ꝓ seruanda voluntate defuncti. l. sceuola. ff. ad treb. Nec ob. l. verbis ciuilibus. q2 verum est qd frustra sit vt valeat iure directo τ tanq3 pupillaris: sed bene potest valere iure fideicõmissi. vel si velis intelligere qd nullo modo valeat intelligas istam. l. qñ facta substitutio maiori pupillo: precedens tñ magis placet: q2 quando maiori pupillo cũ tunc nullo tpe potuerit valere iure directo oẽs concordare videntur qd verba directa obliquentur: τ omni tpe valeant iure fideicommissi per. l. sceuola. τ p. l. ex facto. in princip. Bar. aũt distinguit an sint verba directa τ ciuilia. i. a. l. xij. tab. inuenta vt heres esto vel sit heres vel instituo. et tunc vera sit ista glo. vt post pupillarẽ etatẽ nullo modo valeat. Si vo sint directa non ciuilia sed ab vsu loquendi inuenta: vt est illud verbũ moriatur tũc habeat locũ determinatio Jo. an. τ dicti doc. disputantis: q2 illa potius vident̃ cõia q̃ directa. Ang. autem
b dicit qd verbũ moriat̃[b] fuit etiã inuentũ a iure ciuili nõ. a. l. xij. tab. sed autentico. τ allegat vnũ tex. in aut. de incestis nup. §. si vero ignotum. Bal. notabiliter distinguit aut dixit quando cũq3 filius meus decesserit talis sit sibi heres: τ tunc post pupillarem etatem non valet iure fideicõmissi: q2 tũc non efficeretur heres sibi. s. pupillo: sed sibi testatori. l. coheredi. §. cum filie. de vulga. τ pup. Aut dixit sit heres mihi vel simpliciter. τ tũc valet iure fideicommissi. q2 verba possunt tunc verificari. domi. Rapha. dicit hanc distinctionẽ non multũ sibi placere: q2 non refert dicat mihi vel sibi. l. si ita. §. qui filio. de bono. pos. se. tab. Sed hoc est verũ si decessit in pupillari etate: quia tũc valet iure pupillaris siue dixerit mihi siue sibi vt superius dixit in alia

a ¶ Talis sit mihi heres. adde. l. si testamẽto. s. e. τ in. l. sed τ si quis ff. eodem.

b ¶ Verbũ moriatur. adde no. qd vbũ mortis idefinite platum vr cõprehẽdere nõ solũ mortẽ naturalẽ: s3 etiã ciuilẽ sm Jo. d imo. in. l. gallus. in. §. τ qd si tantũ. ff. de li. τ posthu.

¶ Pro testamētis adde d. alex. de imol. ibi per eū ɔcordantes in ɔ̄s. xij. colū. ij. v. sed premissis. in. iij. vol. et eūdē Pau. de cast. in suo ɔ̄s. clxxxviij. inci. in casu presenti. al's. lxviij. in nonis. ẜm vltimā impressionem. Cur.

glo. nos loquimur qn̄ decessit post. et querimus an valeat iure fideicōmissi. vnde nihil valet sua reprehensio. Tene ergo distinctionē Bal. que est pulchra et vera quā limitat Ang. vt etiam si dixit sibi: si tn̄ i testamēto fuit apposita clausula codicillaris valebit post pupillarē etatem fideicōmissi. et ita tenet in. l. verbis ciuilibus. ff. eo. quā limitationem. d. Raph. commēdat et merito et dicit esse casum. ĩ. de fideicō. l. si frater tuus. q̄ optime facit et glo. insti. eo. §. extraneo. Si vero compendiosa facta fuerit p verbum cōmune substituo: tunc qr illud verbum adaptatur nō solum ad directam sed etiā ad obliquam et testator potuit obliquam substitutionem facere non solum post pupillarē etatē sed etiam ante et sic vtroqꝫ tpe potest valere iure fideicommissi nullo tpe valebit iure directo ne cōtingat variatio sed vtroqꝫ iure fideicommissi nec poterit dici compendiosa hoc casu: quia non continet plures substitutiones sed vnā tm̄. s. fideicōmissariam. Certe adhuc potest dici cōpēdiosa respectu tēporum: qr plura tēpora cōplectitur: et ita vtimur et cōiter appellamus. Pro ista opi. quā etiam oēs antiqui tenuerunt facit ratio: qr sicut eadē verba relata ad diuersas personas dispares intelliguntur solū eo casu quo potest conuenire cuilibet earum et non qui vni tantum vt. s̄. eo. l. ij. et. l. Quis. ita et relata ad diuersa tpa debent intelligi in eo significato qd̄ potest cōuenire vtriqꝫ tempori. Sed significatū oblique substitutionis cōuenit pupillari etati et ēt post. Significatum vero directe non nisi etati pupillari debemus primū significatū tenere et non ẜm glo. not. insti. eo. §. qua ratiōe. que tenet qd̄ infra pupillarem etatem valeat iure pupillaris directe et postea iure fideicommissi: et hoc quidam tenēt. nec ob. qd̄ contingit variatio in eadem substitutione: qr non est verum: imo comprehenduntur due substitutiones. s. pupillaris si decedat in pupillari etate: et tunc semper cēsetur fuisse pupillaris et nunqꝫ fideicommissaria. Itē fideicōmissaria si decedat post et tunc nunqꝫ censetur fuisse pupillaris: sed semp fideicommissaria et futurus euentus declarat que ipsarum comprehēsa fuerit ambe enim comprehēdunt̄ potētialiter nō actualiter et hoc est ipsa veritas. Bar. aūt tenet qd̄ si mater erit in medio locum habeat ista glo. fauore matris vt omni tpe sit fideicōmissaria si mater est in medio locū habeat gl. contraria. Et Bal. hoc fatetur in matre: secus in alijs venientibus abintestato. Ego nō curo de hoc et dico qd̄ etiam si mater est in medio valet infra tēpora pupillaris etatis iure pupilla. et postea iure fideicōmissi: vt in hac. l. vbi est casus. Nec obst. qd̄ hic erat miles qr vt. s̄. dixi non fuit testatus vt miles sed vt paganus: nec presumitur voluisse vti priuilegio militari quicquid dicat Bar. et ista opi. cōiter per Moder. tenetur semper pro ista parte consului. Predicta quidem locū habent qn̄ non fuit apposita illa conditio sine liberis. si autem fuit apposita non est curādum an fuerit vsus verbis cōibus an directis: qr etiam si directis valet ẜm glo. omni tpe iure fideicommissi. et assignat aliquas rationes que nihil valent: et inter alias vnā q̄ retorquetur contra glo. qd̄ non dicatur decedere sine liberis q liberos habere nō potest. argu. in. l. j. in princi. ff. de suis et legi. ista ratio facit vt non videatur substituisse testator nisi cū decesserit post pupillarem etatē sine liberis: qr tunc habere potuit. ergo si decedat infra pupillarem etatem substitutus non venit etiā iure fideicommissi: qr illo tēpore non substitutus fuit: et tamen gl. vult contrarium. Breuiter oēs doc. reprobant glo. per. l. centurio. et per. c. si pater. vbi fuit apposita illa conditio: et tamē infra pupillarē etatem censetur substitutus iure directo: nec est verum qd̄ non dicatur decessisse sine liberis qui liberos habere non potest. imo qualitercunqꝫ relinquat liberos dicitur sine liberis decessisse. Et aliꝰ est significatus verbi intestatus. p gl. tamē facit tex. in. l. credeñ. §. si vero maritus. ff. qui pe. tu. sed declara vt ibi no. per Bar. et illum §. vidi allegari per Bal. contra quendam doc. repetentem hāc l. et tenentem contra glo. si autem non sit vna substitutio ꝫ plures vt qr testator distinxit tpa: puta qn̄cunqꝫ decesserit in pupillari etate siue post: tunc clarum est qd̄ prima potest esse directa secunda obliqua: nec est inconueniens vt in vltima glo. Ja. aūt de are. tenuit qd̄ etiam si tempora non fuerint distincta expresse si tamen fuit apposita dictio quandocunqꝫ que est repetitiua tēporis. l. si cum in annos. ff. qui. mo. vsusfru. amit. tot sunt substitutiones quot tempora diuersa. secus qn̄ nō est illa dictio apposita puta filium instituo et post eius mortem talem substituo vel talis sit heres: tunc erit vnica tantum substitutio et habebūt lo-

15 cum questiones. s̄. formate in glo. ¶ †Preterea vera sunt et pcedunt quando compendiosa fuit facta pupillo. si autem maiori tunc siue vtatur verbis cōibus siue verbis directis cum nō possit valere iure directo valebit omni tpe iure fideicommissi. et sic verba directa que nunqꝫ potuerūt valere iure directo obliquātur: vt. l. scevola. ff. ad treb. qr non cōtingit hic variatio. sed qn̄ pupillo contingeret si vno tpe valeret iure directo et alio iure fi-

16 deicommissi. †Si autem sit facta substitutio per verba obliqua puta restituantur bona tunc etiam si sit facta pupillo valeat oī tpe iure fideicom. qr verba obliqua nunqꝫ assumunt interpretationem directam licet secus est ecōuerso: qr directa in plus se habent. ideo possunt descēdere de facili sed obliqua in minus. vn̄ non sic de facili ascēdūt ad maiorem significatū: fallit interdum fauore militis. l. in fraudē. §. fi. cū. l. seq. de test. mili. vel fauore li-


17 bertatis. l. antonius. ff. de fideicō. libe. †qd̄ not. pro testamētis[a]

a in quibus testatores disponunt qd̄ qn̄cunqꝫ filius suus pupillꝰ morietur: bona sua dentur et distribuantur inter pauperes qr illa verba dentur et distribuantur sunt obliqua. et sic pauperes nō veniunt ex pupillari substitutiōe sed ex fideicommissaria. ideo pupillo succedunt venientes abintestato et tenentur restituere

18 hereditatem detracta legitima si est mater quod non esset† si esset directa pupillaris. Trebellianica vero non detrahitur de fideicommisso ad piam cām sicut nec falcidia de particularibus legatis ẜm opi. Bar. et Moder. de quo in. l. marcellus. ff. ad tre-

19 bel. et ex his est expedita gl. mag. ¶ †Restat nūc glo. fi. p cuius declaratione opponitur cōtra fi. huius. l. qd̄ nihil prosit matri qd̄ ista substitutio q̄ poterat ex priuilegio militis valere iure directo post pupillarē etatem sui fauore obligetur. nam sicut in substitutione obliqua seu fideicommissaria non veniunt bona filij sed patris tantum vt in. l. coheredi. §. cū filie. ff. eo. versi. nec fideicōmisso. ita nec in dicta militari vt in. l. centurio. eo. ti. et sic nullum fieret sibi preiudiciū si valeret iure directo et tātum haberet ex vna qꝫtum ex altera. ergo cōis intellectus non est verus qd̄ eius fauore obliquetur. Quidā dicūt qd̄ imo est sibi vtile: qr p fideicōmissariā detrahet quartā trebellianicā aduersus substitutum qd̄ nō faceret p directā. gl. reprehendit: qr hic loquitur in milite in cuius testamēto cessat trebellianica vt in. l. marcellus. ff. ad treb. Nec ob. qd̄ etiā in testō militari locū hꝫ senatusconsultum treb. vt eo. tit. l. j. §. in filij. qr verum est qꝫtum ad alia remedia senatuscōsulti vt qd̄ heres cogat̄ inuitus adire et restituere: et qd̄ ex restitutione verbali trāsferant̄ iura et actiones nō qꝫtum ad detractionē quarte. dicit ergo glos. qd̄ pderit in hoc qr penes matrē que est heres filij etiam post restitutionē hereditatis remanebunt iura sepulchrorū quia penes ipsam remanet nomen directum hereditarium qd̄ morte filij non fuit extinctū sed ad ipsam tanqꝫ heredem eius transmissum: et constat quod talia iura non transeunt in fideicommissariam quia non sunt proprie hereditaria sed remanent penes heredem directum penes quē remanet nomen vt in. l. qr perinde. ff. ad treb. iuncta. l. si heres institutus. Et idem est dicendum de iure patronatus liberti vel ecclesie et etiam in feudis et emphyteosi que transeunt ad filiū nō vt heredē: sed quia heres ideo non veniunt in restitutione hereditatis. l. si patroni. et ibi no. eo. ti. et hoc non esset si substitutio non obliquaretur sed etiam directa militaris quoniā morte filij extingueretur nomē hereditariū in eius psonam nec transmitteretur ad matrem tanqꝫ eius heredem: sed inciperet in personā substituti: qr miles pōt aliquem instituere ad tēpus: ita qꝫ lapso tēpore desinat esse heres ipso iure et aliꝰ icipiat. et in glo. optime loquitur. ¶ Dat etiam glo. duas alias vtilitates: qr in fideicommissaria non veniūt bona filij: sed in hoc non bene dicit qr etiam in directa nō veniūt vt. s̄. dixi per. l. cēturio. Itē alia qr in fideicōmissaria nō venit legitima debita filio iure nature: et si mater poterit eam retinere ex persona filij: sed in directa bene veniret ẜm glo. qd̄ est notabile cū miles etiam in legitima possit substituere filio directo post pupillarem etatem et sic nō dicatur grauamē sicut nec substitutio pupillaris. Bar. dubitat: qr videtur qd̄ etiā in fideicōmissaria facta a milite veniat legitima filij: qr miles etiam sine causa potest filium exheredare et preterire et cōtra eius testamentum non hꝫ locum querela. l. fi. s̄. de inoffi. test. Sed Ang. dicit non esse dubitandum qr verū est qn̄ expresse exheredat sed qn̄ grauat de restituendo hereditatem non censet̄ grauare in legitima: et hoc voluit ista glo. ar. in. l. sequens qd̄. ff. de leg. ij. Certe videtur qd̄ idem sit in substitutione vt per eam non succedatur filio sed patri: ideo nō potest dici prouisio filij sed magis grauamen et maius qꝫ illud qd̄ resultat ex fideicommissaria cū faciat lapsum desinere heredē ipso iure: et ideo videtur mihi qd̄ sicut in fideicommissaria etiā facta a milite non venit legitima filij: ita nec in directa et sic in directa remanebit filius heres directus et etiam heres eius et

20 in residuo desinet et substitutus incipiet esse. †Hodie vero non pōt etiā miles sine causa grauare filiū in legitima et contra eius testamentū darēt querela vt in aut. vt cū de appel. cog. §. aliud quoqꝫ capitulū. et no. in aut. ex causa. ĩ. de lib. prete. Bar. autem dat aliā vtilitatē: qr in fideicōmissaria nō veniūt fructus iudicio testatoris percepti: ꝫ cōputētur in quartam vt in. l. fideicōmissaria. ff. ad treb. Sed in directa militari bene veniunt. vt in l. centurio. ẜm Bar. quem. d. Rapha. reprehendit et bene. qr. l. centuri-

centurio nō loquitur in fructibus perceptis per heredem iudi
cio testatoris: sed in inuētis in hereditate qd̄ esse poterat si erāt
pcepti p testatorē: vel fuerūt pcepti hereditate iacente: ⁊ sic erāt
hereditarii ⁊ sic veniunt in restitutione hereditatis sicut alie
res hereditarie etiam in testamento pagani. vt in. l. ita tamē. §.
j. ff. ad trebel. Sed si forent percepti post aditam hereditatē per
heredē illi nō dicūtur hereditarii sꝫ heredis ⁊ in restitutionem
nō veniūt nec ī testamēto pagani nec militis: vnde in hoc nō est
vtilitatis. Addit Bart. aliam: q2 si aliqd debebat matri a filio
etiam naturaliter tm̄ ita ꝙ nō poterat peti sed retinere poterit
illud mater retinere aduersus fideicōmissarium. l. stichum. §.
aditio. de so. qd̄ facere nō posset si esset substitutio directa: quia
primo casu substitutꝰ hꝫ recipere de manu mr̄is ⁊ ppria autori
tate nō pōt capere. scd̄o casu secus. ⁊ in hoc bn̄. dicit Bart. Ad
dit Ang. aliā q2 cōditio dādi heredi per legatariū poterit im-
pleri in personam matris apud quaꝫ remanet nomē hereditа-
orfi. l. ij. de qua ista glo. in fi. opponit. et hoc tenet Cy. ꝛ Barto. in. d. l. fina. et allegat istam legem. in versicu. si autem. vij. vbi si maior infante decedat dicit seruari iura vetera. ꝛ sic non transmittit ad patrem: quia speciale est in infante. Sed vna glo. super ver. mortuo que incipit vel etiam viuo in illo. §. si autem. vij. videtur sentire contrarium dum remittit ad illam. l. fina. §. sin autem patre. vbi dicit determinari quid iuris sit: ꝛ sic sentit qd illud quod ibi dicitur quando filius repudiat vt pater possit pro se adire si viuat illud idem sit quando filius moritur viuẽte patre: cõiter tamen tenetur cõtrarium. Nam alia ratio est quando filius repudiat: quia posset hoc facere malitiose in perniciẽ patris ne ille haberet vsumfructum: sed quando moritur cessat ratio predicta. ꝛ ideo iura vetera sunt seruãda vt non transmittat hereditatem: sed bene posset transmittere ius deliberandi si decessit infra annum. de quo. j. l. proxi. si pater vellet esse eius he-

11 res. ¶ † Tertio opponitur contra titu. huius. l. inquantum ibi dicitur qd maior infante potest adire cum consensu patris vel tutoris si patrem non habet. ¶ Contra quod consensus patris non sufficiat: quia per aditionem obligatur creditoribus ꝛ legatarijs sed. l. caueturquod consensus vel autoritas patris nõ sufficit ad obligandũ filiũ pupillum. ff. de verbo. obli. l. fin. in prin. licet glo. illam nõ alleget sed. §. furiosus. institu. de inuti. stipu. glo. respondet quod in aditione hereditatis potius acquiritur quasi dicat bene obligatur accessorie: sꝫ principaliter tendit ad acquisitionẽ ꝛ hoc inspicit potius: ꝛ nõ primũ: iuxta ea que habentur in. l. si qs nec causam. ff. si cer. peta. Ista rñsio nõ est bona

a quia ex hoc sequeretur quod pupillus sine autoritate tutoris[a] posset adire hereditatẽ: qꝛ in acquirendo quo ad commodũ nõ requiritur tutoris autoritas. l. obligari. circa princ. ff. de auto. tuto. dic ergo qd contrarium loquitur quando mere obligatur et nihil acquiritur quo casu pater de tali obligatione nullum habet vsumfructum: ideo non potest dici eius legitimus administrator. Et ideo si etiam hodie haberet locum illa. l. cum eius autoritas non sufficiat ad obligandum filiũ. quando autẽ obligatio nõ est mera: sed cũ aliqua acquisitione vt cũ adiit hereditatem: tũc quia acquirit vsumfructũ est legitimus administrator ratione cuius potest autorari filio sicut tutor: et sufficit ad

12 ipsum obligandum. ¶ † Et ex his apparet quare in beneficiali

b bus[b] etiam in causa criminali non sufficit consensus patris vt in. c. fi. de iudi. lib. vj. ꝛ. s. de auto. prestan. l. clarum. quia in illis pater non est legitimus administrator cum non habeat vsumfructum: ideo non potest autorari filio scd̃m Bart. cuius est dicta solutio. vt hic in. d. l. fina. Sed pone qd in hereditate nulla sunt bona ex quibus possit habere vsumfructum: tunc videtur qd non possit autorari: quia cessat ratio de qua. s. Potest dici contrarium: qꝛ hoc accidit occasionaliter nõ regulariter: ideo non est inspiciendum. arg. bonum. ff. de riuis. l. ij. ꝛ. l. iulianus. qui ꝛ a quibus. ¶ Ultimo glos. opponit. de. l. iij. ꝛ. ad orfi. ꝛ ista oppositio cõcernit principium huius. l. inquantum hic dicit̃ q infans trãsmittit ad patrem hereditatẽ nõ aditam. ibi dicitur cõtrariũ qd nõ patrẽ: sed fratres habẽt per ius accrescẽdi. glos. respondet qd debet hoc intelligi quando decedens erat maior infante: et sic patet qd ibi est casus. de eo qd. s. dixi. qd licet filio excluso per repudiationẽ pater possit adire. l. fi. §. sin autem. patre recusante non sic si excludat̃ per mortẽ nisi sit infans. loquit̃ etiam illa. l. de iure veteri ante istam. ¶ Glo. que incipit: sed nũquid opponit̃ cõtra ver. si vero nõ sit tutor inquãtum dicit oẽs hereditates ad eum deuolutas: ꝛ non agnitas perinde haberi ac si non essent deuolute: ꝛ sic non transmittuntur ad heredes extraneos ipsius infantis. Cõtra quia loquitur quando pater erat mortuus: vnde saltẽ hereditatẽ paternã debuit transmittere ad quoscũq; heredes: qꝛ erat sibi acquisita per. l. ꝛ videtur casus in. l. fin. §. sin autem perpetuus. de cur. fur. quidam fatentur dicentes hunc text. debere intelligi in hereditate extraneorum glo. intelligit etiam in hereditate patris: vt nec illa transmittatur iure suitatis ad extraneos heredes: licet transmitti possit ad posteros per titu. de his qui ante aper. tabu. ꝛ vbiq; glo. fuerunt in ista opi. Cõmuniter tenet̃ contrarium. vt dixi. s. in notabilibus. ꝛ plene per Bar. in. l. vẽtre. ff. de acqui. here. ꝛ ita videtur sentire glo. penul. huius. l. que incipit. vt ita. in fine. dum dicit: secus in paterna: sed postea dum allegat. l. j. de his qui ante aper. tab. sentit qd. s. dixi q nec illa transmittatur nisi ad descendentes.

2 ¶ Suus heres an trãsmittat hereditatem paternam etiam ignorans ad quoscunq; heredes extraneos: etiam anteq̃ se immisceat.

Dictio etiã qd includat casum magis dubitabilem.

3 Que sit differentia inter trãsmissionẽ iuris deliberandi de qua loquit̃ ista lex ꝛ transmissionẽ hereditatis nõ adite q̃ fit in quibusdã casibus notatis in. l. ventre. ff. de acqui. heredi.

Si delata

Si delata est bonorum pos. de iure pretorio ⁊ non hereditas de iure ciuili: an habeat locū prouisio huius legis.
4 Quatuor necessaria vt fiat transmissio iuris deliberandi.
5 Aditio hereditatis an possit induci etiā ex nō facto.
6 Non est dare duntaxat successionem ex testamento vel ab intestato: sed etiam aliam speciem succedendi que nec fit ex testamēto vel ab intestato.
Quarta que debetur arrogato an transmittatur ad heredem indistincte etiam non adita.
7 Statuto si cauet̄ qd̄ mortua vxore vir succedat in certis bonis eius: puta parapheralibus ⁊ alij succedant vltra ꝙ illa successio viri sit alterius nature ꝙ vniuersalis.
Hereditas pupilli an dicatur successio ex testamento vel abintestato. ⁊ nu. 8.
8 Statutum loquens de decedentibus abintestato an habeat locum in pupillo.

Cum antiquioribus. ¶ Ista ē lex noua Iustiniani ⁊ introducit nouum modū transmittendi hereditatem non aditam qui nō erat de iure veteri cognitus.
1 ¶ †Et premitte qd̄ habetur. s. eo. l. si curatoris. in fi. qd̄ si ille cui delata est hereditas interrogatur ad instantiam creditorum vtrū velit esse heres vel non: ⁊ si ipse petat terminum ad deliberandum debet sibi dari. ⁊ l. dat hoc consilium qd̄ nō adeat inconsulte: sed deliberate: an hereditas sit soluēdo vel non imo factus est titulus. ff. de iure delibe. Contingebat autem qd̄ pendente dicto termino heres decedebat: ⁊ sic hereditatem ad suos heredes non transmittebat. vt. s. eo. l. quoniā. vnde remanebat deceptus de consilio legis: quia forte erat hereditas lucrosa: nec poterat sibi imputari negligentia pendente termino deliberandi: nec contra istud inconueniens reperiebatur prouisum per leges veteres nisi in filijs deliberantibus an velint se immiscere si erant sui. Nam reperiebatur in questionibus iurisconsulti Pauli quod transmittebant duntaxat ad suos posteros et non ad extraneos heredes. Imperator Iustinianus illā prouisionem extendit ad quoscūqꝫ heredes non solum ad filios sed etiam ad extraneos quibus delata sit aliqua hereditas: et ipsi petierint a iudice tempus ad deliberandum et interim decedant: vt transmittat residuum temporis non solum ad suos posteros: sed etiam ad quoscunqꝫ extraneos heredes suos: et vltra hoc etiam addit quod etiam si non petierint a iudice terminum: si tamen non adiuerunt nec repudiarunt et sciant hereditatē sibi delatam habeant annum ex dispositione huius legis ad deliberandū: ⁊ si interim decedāt trāsmittant residuū temporis qd̄ restabat intra quod residuum heredes eorum etiā extranei possint illam hereditatem adire et si nō adeant sint exclusi ab adeundo illā hereditatem sic nō aditā transmissā. Et hoc dicit in effectu ista. l. que diuiditur in tres partes. Primo ponit casum. l. condende. vsqꝫ ibi: ideo sancimus. Secundo ponit suum statutum amplians prouisionem iuris veteris in pluribus. primo: quia illa loquebatur tantū in filijs: sed ista in quibuscunqꝫ. Item illa volebat transmissionē nō fieri nisi ad posteros trāsmittentis. Ista vult qd̄ fiat ad quoscūqꝫ extraneos. Itē illa loquitur quando petitum erat tempus a iudice ⁊ cōcessū. Ista vero etiam quando non fuerat petitum: quia cōcedit annum. Limitat autem suam prouisionem vt habeat locum dumtaxat quando decessit sciens sibi hereditatem delatam: ⁊ ex die scientie incipit annus currere. si autem ignorabat non trāsmitit: qꝛ nō potest dici ꝙ decesserit deliberans qui ignorabat hereditatem sibi delatam non enim cadit deliberatio in ignorāte: ⁊ sic haberet locum. s. eo. l. qm̄. ¶ Item limitat potentiam adeundi per heredes ad quos fit transmissio vt non possit nisi infra residuum temporis qd̄ supererat defuncto: ipse autem defunctꝰ si viueret etiam lapso anno posset adire: quia per lapsum anni excluditur a iure transmittendi hereditatem non aditam non autem a iure adeundi secundū glo. ⁊ docto. licet Pla. tenuerit contrarium ⁊ male si petijsset terminū a iudice ⁊ habuisset non esset tractandum de termino legali anni: qꝛ transmitteret solū residuum illius temporis qd̄ a iudice habuit. Et de materia huius legis plenissime vide per Bart. qui format multas questiones vtiles ⁊ quotidianas que occurrerunt post magnam mortalitatem que prius non erant cognite: qꝛ nō acciderāt de facto vt ipse ibi dicit in. l. qui duos. ff. de reb. dub. vbi omnino vide.
2 ¶ †Lex ista in principio fortiter facit contra cōem opinionem que est qd̄ suus heres transmittat hereditatem paternam etiā ignorans ad quoscūqꝫ heredes extraneos etiam anteꝙ se immisceat: quia censetur sibi per. l. acquisitam ipso iure. vt. s. eo. l. iij. Nam si erat speciale ante hanc. l. vt suus heres quando decedebat deliberans: ⁊ sic sciens hereditatem sibi delatam ⁊ obtento tempore ad deliberandum a iudice: ⁊ non transmittebat nisi ad suam posteritatem. Ergo in contrarium est ius commune: qꝛ si decessit ignorans: ⁊ sic non deliberans nec obtento tēpore a iudice non transmittit etiam ad suam posteritatem ⁊ multo minus ad extraneum. Barto. dicit qd̄ illa dictio ⁊ que ponitur
a pro etiam[a] tollit contrarium: qꝛ includit etiam extraneos heredes: sed hoc non placet: quia dictio etiā includit casum magis dubitabilem: sed hic includeret minus dubitabilem. Nam minus dubitatur qd̄ transmittat ad posteritatem ꝙ ad extraneos difficile est responsum ad hunc text. negari tamen non potest quin etiam in suis sit legitima prouisio huius legis: qꝛ non habet necesse probare suitatem vel patriam potestatem: sed sufficit probare hereditatem sibi delatam: puta ex testamento ⁊ qd̄
3 infra annū decessit. ¶ †Sed quero hic que differentia sit inter transmissionem iuris deliberandi. de qua loquit̄ ista. l. ⁊ transmissionem hereditatis nō adite que fit in quibusdam casibus notatis in. l. ventre. ff. de acqui. here. Respondeo quantū ad id qd̄ transmittitur nō est differētia: qꝛ vtroqꝫ casu transmittitur potentia adeundi. ⁊ sic vt adita: sed vt adeunda vt hic patet. in fi. iuncta. l. si quis filium. de acquir. heredi. Sed in modo transmittendi est differentia: qꝛ in casibus in quibus transmittitur hereditas qui not. in. d. l. ventre. fit transmissio etiam ab ignorante sibi hereditatem delatā. hic vero non nisi a sciente. Item ibi aliquādo fit transmissio de hereditate nondum delata: sed que sperat̄ deferri in omnē euentū hic vero non nisi de delata. Item ibi fit transmissio quandocūqꝫ. hic vero non nisi quando decedit infra annum. Item ibi heres transmittētis potest quādocunqꝫ adire: sed hic non nisi infra residuum temporis. vt in fi. huius legis. ¶ Item quero quid si delata est bonorum possessio de iure pretorio: et nō hereditas de iure ciuili an habeat locū prouisio huius legis. Cy. tenuit qd̄ non in. l. q se patris. s. vnde lib. ⁊ sic etiam sciens bono. poss. sibi delatam et decedens infra tempus eam petendi trāsmittit ius deliberandi qd̄ tene menti. nam regulariter dantur centū dies ad petendā bo. poss. vel annus in liberis. et sic non congruit prouisio huius. l. dum
4 loquitur de anno deliberationis. ¶ †Ex secunda parte huius legis no. quatuor necessaria vt fiat transmissio iuris deliberandi: scilꝫ qd̄ hereditas sit delata. Item qd̄ sciat eam delatā supple ⁊ possit eā adire: qꝛ etiā scit ex qua causa sit delata. vt. l. si is ad quem. de acquir. heredi. Item qd̄ nō fuerit repudiata. Item qd̄ decesserit infra tempus datum ad deliberandū vel per iudicem vel per legem. ¶ Sed pone qd̄ transierunt decem menses a die sententie postea anteꝙ labatur annus impetrauit heres institutus terminum deliberādi a iudice qui concessit nouem menses. prout habetur. j. eo. l. fi. §. sed qꝛ quidam. deinde lapsis alijs duobus mensibus de anno: ⁊ infra residuū temporis nouem mensiū decessit hereditate non adhuc adita an transmittat residuum temporis. videt̄ qd̄ non: vt hic ante finem dum dicit annali tempore trāslapso nihil petierit ⁊c. ⁊ postea dicit ab hmōi beneficio excludatur. Contrariū dicit Bald. qꝛ ista tempora coniunguntur. arg. in. l. j. cum. ij. vel. iij. seq. s. de temp. in
5 integ. resti. ⁊ qd̄ no. in. d. l. fi. in fi. glo. j. eo. ¶ †Item Bald. allegat istum tex. dū dicit: sed neqꝫ aliqd gesserit qd̄ aditionem vel pro herede gestionem inducat ⁊c. contra Bar. qui disputando tenuit in questione que incipit: debitor in diem: qd̄ aditio hereditatis potest induci non solum ex facto: sed etiā ex non facto: vt si hereditas creditoris in diem delata fuit debitori: ⁊ debitor hoc sciens non soluit debitum in termino ei ad quem deuol
b ueretur hereditas eo non adeunte. Nam ipse[b] tenuit quod per hoc videatur creditori hereditatem adire: alias per lapsum termini constitueretur in mora. l. magnā. j. de cōtra. stipu. ꝗ mora est delictum ⁊ quis non presumit̄ velle delinquere. l. merito. ff. pro socio. ⁊ per consequens qd̄ voluerit adire: quia per hoc nō deprehenderetur in mora. Ista tamen ratio sua nihil valet vide re meo: qꝛ non est verum qd̄ deprehenderetur in mora: licet non videatur adire si non apparet alius heres cui deberet soluere vt patet in. l. pecunie fenebris. in fi. ff. de vsur. Bald. autē reprehendit Bart. per istum text. dicens qd̄ hereditas aditur per factum non autē per non factū. vt hic ptꝫ dum dicit aliqd gesserit ⁊c. Ista tamen est friuola ratio: qꝛ non ꝑpterea negat quin heres ex non facto possit adire. Item in multis locis Bald. reprehendit Barto. quia absurdum est dicere qd̄ ille qui nihil facit voluerit se implicare oneribus hereditarijs. Certe cum reuerentia infideliter reprehendit Bart. nec bene ponderauit verba Barto. qꝛ ipse intelligit suam determinationem quādo ille qui nihil facit vel heres eius dicit hereditatē fuisse aditam ad sui cōmodū. ⁊ per cōseqnēs trāsmissum: ⁊ alius diceret oppositum quod non fuit adita: sed econuerso si ipsi dicerent eam non fuisse aditam ⁊ creditores dicerēt oppositum ad eorū damnum etiā idem Bar. tenet qd̄ per non factum esset inducta aditio: et

a ¶ Dictio ⁊ que ponit̄ pro etiā. Adde doct. in. l. si filius q in potestate. ff. de lib. et posthu. l. eas causas. ff. de cōdi. ⁊ demon.

b ¶ Nam ipse tenuit. Adde ⁊ dic vt p do. Alexā. de imo. in consi. xx. colū. iiij. ver. preterea. in. iij. volu. Cur.

miror valde qd Bald. ita consideranter ipsum reprehendat de eo qd Bar. non dicit: scz qd voluerit se implicare hereditariis oneribus nihil faciendo. et de ista. q. tangitur per Barto. in .l. gerit. ff. de acquir. heredi. et per Bal. in .l. non hoc. §. vnde cog. Et frequenter vidi dubitari valde ⁊ teneri contra Barto. propter reprehensionem Bal. sed limitando: prout seipsum limitat non meretur reprehendi.
6 ¶ †Item inver. si eni ipse. dum dicit vel abintestato vel ex testamēto vel aliter ei cognitum sit ⁊c. Allegat iste tex. cum glo. q non est dare dūtaxat successionem ex testamento vel abintestato: sed etiam aliam speciem succedēdi que nec fit ex testamento vel abintestato. ⁊ glos. que incipit veluti: exemplificat multis modis: ex qua no. dn̄ dicit de quarta que debetur arrogato que non dicitur successio ex testamento vel abintestato quod illa trāsmittitur ad heredem nisi scd̄m dispositionem huius .l. Cy. tenuit cōtrarium in .l. si arrogator. ff. de adop. quod illa transmittatur ad heredem indistincte et non adita: quia defertur quodam iure singulari non vniuersali quod est acquisitum etiam ignorāti sicut ius occupandi iure
7 peculii. vt not. §. l. proxi. in prin. glo. magne. ¶ †Et istud no. pro statuto Florentino quo cauetur quod mortua vxore vir succedat in certis bonis eius puto paraphernalibus ⁊ alii succedant vniuersaliter. Nam illa successio viri est quedam successio particularis alterius nature quā vniuersalis. ⁊ sic licet decedat non apprehensa vel agnita successione transmittat ad suos heredes: ⁊ sic communiter tenetur ibi per dictam gloss. magnam. in princi. §. l. proxi. Nec ob. iste text. quia non intendit dicere id qd dicit glo. qd sit dare tertiam speciem successionis: sed vult dicere qd si delata est hereditas ex testamento vel abintestato: ⁊ sibi fuit cognitum per ostensionem testamenti vel alio modo ⁊c. quod tunc transmittit. sed ille successiones particulares transmittuntur indistincte vt dixi. Tenet etiam glos. ista quod hereditas pupilli non dicitur successio ex testamento vel abintestato
8 dum ipse testari non possit. ¶ †Et sic allegatur per Bal. qd statutum loquens[a] de decedentibus abintestato non habeat locum in pupillo nisi probetur cōsuetudo loci quod pupillus dicatur decessisse abintestato. et ita tenet do. Rapha. ⁊ vidi consuli per plures docto. sed Bal. consuluit contrarium. ⁊ est tex. in .l. ii. §. de impu. ⁊ aliis substi. in princi. dum dicit intestati filii: ⁊ ibi tetigi. quia text. in .l. j. de suis ⁊ legi. vult qd licet proprie non sit intestatus: tamen in eo locum habebant omnia iura q̄ loquuntur de decedentibus abintestato. vnde non expedit probare consuetudinem. ⁊ ista est veritas ⁊ pluries consului scd̄m opi. Bar.

[a] ¶ Statutum loquēs. adde alex. de imo. in .l. generaliter. C. de insti. ⁊ substi.

2 ¶ Que sit ratio qd si sum institutus in diuersis portionibus eiusdem hereditatis ab eodem testatore: si vnam agnosco cogar ceteras agnoscere: ⁊ accrescant mihi sine non aditione etiam inuito: ⁊ si in illis eram substitutus nō solū iure accrescendi eas habeam: sed etiam iure substitutionis. ⁊ nu. 5.
3 Si incepi a repudiatione: ⁊ repudiem vnam portionem an valeat repudiatio: ⁊ sic attrahat ad se oēs alias. ⁊ nu. 5. ⁊ 6.
4 Si pater decessit ante pupillum: an heres eius in quem transmisit paternam aditam: cogatur acceptare pupillarem: q̄ postea defertur.
5 Institutus in pluribus hereditatibus ⁊ a diuersis testatorib9 potest vnam adire ⁊ alteram repudiare.
6 An possit quis repudiare paternā quam adiuit ne habeat pupillarem.

1 Quidam elogio. ¶ †Institutus in pluribus portionibus ab eodem testatore ⁊ eadem hereditate si vnam agnosceret ceteras consequitur et repudiare nō potest ¶ Item qui agnoscit institutionem cogitur agnoscere substitutionem pupilla. h. d. Barto. ⁊ primo ponit vnam questionez vsqz ibi: similiqz modo. Secundo aliam vsqz ibi: vtraqz igitur. Tertio determinat ambas simul. et est clara ista. l. in tex. sz glo. reddit ipsam difficilem addendo multas leges infortiati circūferentes ad materiam huius legis in vtroqz casu. Et debes scire quod de primo casu huius legis loquuntur plures leges in titu. de acquiren. heredi. scz. l. j. ⁊. ii. ⁊. l. si solus. ⁊. l. si tu ex parte. ⁊. l. fin. quam Barto. repetiit. ⁊ recitat ibi distinctionem Dyn. longam quam supplet in multis membris. ⁊ ibi omnino vide si vis profunde intelligere. ¶ De secundo vero casu an ille qui agnouit hereditatem paternam teneatur cognoscere pupillarem tractat in .l. allegata difficili ⁊ singulari: qui patri heres extitit. eo. titu. ¶ Sed si queritur an ille qui repudiauit hereditatem paternam possit habere pupillarem. de isto casu non tangitur hic. sed loquitur .l. quesitum. ⁊ .l. si filius qui se paterna. eo. titu. ⁊ .l. si filius qui patri. de vulga. et pupil. quas oēs leges glo. hic accumulat. ⁊ ideo redditur difficilis ⁊ obfuscaret
2 intellectum nisi ordinate recitetur. ¶ †Circa primum casum huius legis queritur que sit ratio qd si sum institutus in diuersis portionibus eiusdem hereditatis ab eodem testatore si vnā agnosco cogor ceteras agnoscere: et accrescunt mihi sine noua aditione etiam inuito: ⁊ si in illis eram substitutus non solū iure accrescendi eas habeo: sed etiam iure substitutionis. vt in .l. si quis. insti. de acqui. heredi. iuncta .l. j. ⁊. ii. Respondeo: quia si non habeam coheredem vel substitutum in aliis portionibus ratio est in promptu ne testator decedat pro parte testatus ⁊ pro parte intestatus contra regulam iuris. si autem habeam coheredem et substitutum in aliis portionibus ista ratio cessaret: qr ille possent pertinere ex testamento ad coheredem vel substitutum: et sic non decederet pro parte testatus et pro parte intestatus: ⁊ nihilominus dispositio huius legis habet locum si vnaz portionem acceptem ceteras acceptasse videor: vt est casus in .d. l. si solus. Tu dic quod est alia ratio: quia non possum diuidere vnitatem hereditatis: licet enim plures nominauerat portiones: non tamen videtur diuisisse hereditatem ex quo eas reliquit eidem: vnde nec heres pōt diuidere. ponit exemplū Barto. in mensura qua mensurātur panni: licet ibi sint plura signa quorum vnum designat brachium vnum: aliud medium brachium: aliud tertium: nihilominus illa signa nō diuidunt vni
3 tatem mensure. vt ipse not. in .d. l. si solus. ¶ †Secundo queritur quid si incepi a repudiatione et repudiem vnam portionez an valeat repudiatio. ⁊ sic attrahat ad se omnes alias vt videar omnes repudiasse. Respondeo non: imo non valet repudiatio. ⁊ possum eandem portionem adire: et etiam alias consequi. ratio diuersitatis est: quia aditio est habitus. vnde faciliter recipit incrementum: sz repudiatio est priuatio: vnde nō debet extendi. ⁊ per consequens valere non potest: quia sequeretur qd vnam haberet ⁊ alteram non qd esse non potest. vt in fi. huius. ⁊ hoc determinatur in .l. ii. ff. de acqui. heredi. ¶ In fi. glo. circa secundū casum de illo qui adiuit hereditatem paternam qd co
4 gatur acceptare pupillarem postea sibi delatā. ¶ †Querit quid si decessit ante pupillum an heres eius in quem transmisit paternam aditam cogatur acceptare pupillarem que postea defertur. vide quod non: quia spes substi. pupil. nō transmittitur ad heredem .l. sed si plures. in prin. ff. de vulg. ⁊ pupil. ¶ Contrariū determinat illa .l. singularis qui patri. quod imo heres cogitur habere pupillarem: quia defunctus adeundo paternam incepit obligari ad acceptandum pupil. Et istam obligationē trāsmittit ad suos heredes. Dicunt tamen docto. quod heredes ei9 non habebunt pupillarem ex iure substitutionis: sed ex iure accres. vt ibi patet: quia sua substitutio nō fuit ad heredem transmissa. Sed si dicatur quomodo haberet hereditatem pupillarem ex iure accrescēdi in qua possunt esse alia bona quā fuerint testatoris: ⁊ cum ius accrescendi non est de bonis eiusdem testatoris ⁊ eiusdem hereditatis. Dicunt docto. quod ideo quia sibi substitutio pupillaris erat cōiuncta cū iure accrescēdi: qr pupillus erat institutus: vnde tale ius accrescendi attrahit ad se naturam substitutionis: vt retrahatur etiam ad bona impuberis ⁊ habeat locum etiam post aditam hereditatem per impuberem quorum neutrum est de natura accrescendi: quia non habet locum post aditam hereditatem nec trahitur ad alia bona q̄ primi testatoris. Ista sunt mirabilia ⁊ somnia videre meo. Nam volunt doc. qd illa .l. nō habeat locū si pupillus non esset institutus sed exheredatus: qr tunc substitutio nō esset coniuncta cum iure accrescendi: nihil eni ex persona impuberis posset accrescere substituto qui erat institutus sed quando pupillus erat etiā institutus bene posset accrescere si pupillus suam portionem repudiaret: ideo tunc dr substitutio cōiuncta cum iure accrescendi: sed ille text. loquitur indistincte: ⁊ sic potest intelligi etiam qn̄ pupillus erat exheredatus. Nec obst. text. in .l. fi. ibi dum dicit accrescendi iure. nā idem vult dicere qd sicut in portione que obuenit per ius accrescendi non requiritur noua aditio. l. liber homo. §. si titius. de here. insti. ita nec in illa hereditate pupilli postea adueniente requiritur noua aditio: imo heres inuitus cogitur eam habere. ⁊ potest dici qd habebit eam ex substitutione tamen ad similitudinem iuris accrescēdi: sicut not. in simili in .l. ex testamento. §. de impu. ⁊ aliis substi. ⁊ in .l. si quis heres. de acquirē. here. ⁊ de hoc plene tetigi in dicta .l. q patri. vbi teneo q habeat etiam locum quando pupillus erat exheredatus. Diuide istam glo. in tres partes. Nam primo prosequitur scd̄m casum huius legis de instituto ⁊ etiam pupillariter substituto: qui adiuit hereditatem paternam ⁊ cogit habere pupillarē vsqz ibi: itē cū vnus. Secundo prosequitur primū casum de illo qui fuit institutus in pluribus portionibus: et adiuit ex vna portione vtrum cogatur habere alias: vsqz ibi vt autem. Tertio ponit vnā distinctionē trimembrē in qua re
5 colliguntur ambo casus precedentes ⁊ addunt alii. ¶ †Primum membrū est quādo quis fuit institutus in pluribus hereditatibus:

reditatibus:⁊ a diuersis testatoribus qui casus non ponūtur
in.l.⁊ est indubitabilis:quia est clarum ꝙ potest vnam adire ⁊
alteram repudiare:et adeundo vnam non cogitur habere alte-
ram. ¶Secundum membrum est quādo fuit institutus in plu
ribus portionibus eiusdem hereditatis ab eo testatore vel fuit
institutus in vna:et in altera substitutus:quia vltimus casus
in hac.l.nō ponitur.sed in.l.si tu ex parte.de acqui.here.et hoc
vsq; ibi vbi autem ex testamēto.¶Tertiū membrū est quando
ex testamēto vnius deferuntur eidem plures hereditates:scilȝ
hereditas principalis testatoris et hereditas pupillis.de qua
loquitur secundus casus huius legis.⁊ iste casus subdiuiditur
quia interdum institutus in paterno incipit ab aditione here-
ditatis paterne.⁊ tunc loquit̄ ista lex.⁊.l.qui patri.de acquirē.
heredi.interdum incipit a repudiatione hereditatis paterne
et tunc loquitur.l.quesitum.cum.l.sequen.eo.ti.quo enim casu
possunt cōtingere tres casus:scȝ ꝙ pupillus erat institutus et
adiuerat paternam.Item ꝙ repudiauerat.Item qd nec adiue
rat nec repudiauerat.Utrum substitutus possit separare pu-
pillarem a paterna:⁊ vnam adire ⁊ alteram repudire.de qua
loquitur.l.si plures.§.fina.⁊.l.si filius qui patri.ff.de vulga.et
pupil.¶Ista glos.signat contrarium de duabus legibus ad
scdm casum huius legis:scȝ de.l.si tu ex parte.in fi.⁊ de.l.quesi-
tum.ff.de acquiren.heredi.Sed reuera illa.l.si tu ex parte.non
concernit scdm casum huius legis:sed primum quando alicui
deferuntur plures portiones eiusdem hereditatis:quia hic di
citur qd non potest vnam adire ⁊ alteram repudiare:sed debet
vel omnes adire vel omnes repudiare:et si vnam repudiaret
incipiendo a repudiatione nō valeret repudiatio:vt superius
dixi per glo.que est in.l.ij.eo.titu.ibi autem in.l.si tu ex parte.
in fi.dicit contrarium ꝙ imo valeret repudiatio in illa ⁊ aliam
potest adire tamē cum illa habebit etiam portionem repudia-
tam vel in totum habebit alium coheredem vel pro parte si ha-
bebat.Et solu.quam glos.ponit non congruit huic contrario:
sed inferius in distinctione in versi.si vero.vnam tangit solu-
tionem que congruit illi.l.item.l.quesitum.bene cōcernit scdm
casum huius legis:tamen solu.quam glos.ponit illi non con-
gruit:sed congruit.l.si filius qui patri.de vulga.⁊ pup.de qua
etiam potest formari opp.ad scdm casum vt statim dicā.Solu.
autem conuenientem illi.l.quesitum.ponit glos.ante fi.in ver-
si autem pupillus qui institutus non erat.ideo ista glo.loquit̄
inordinate.Non sequendo ergo ordinem glo.primo expedia-
mus primū casum huius legis postea scdm.Et contra primuȝ
casum colliguntur quatuor oppo.ex legibus quas glo.allegat.
contra scdm vero tres.¶Opp.ergo primo contra primum ca-
sum qd si alicui conferantur plures portiones eiusdem heredi-
tatis possit vnam repudiare ⁊ valet repudiatio ⁊ alteram adi-
re:tamen cum illa habebit portionē repudiatā.l.si tu ex parte.
in fi.de acqui.heredi.Cuius contrarium vult ista.l.in fi.qd non
possit vnam habere alterā repudiare:sed debeat vel oēs adire
vel oēs repudiare:⁊ si incipit a repudiatione vnius non valet.
vt.s.dixi.Glo.videtur soluere istud cōtrarium cū distinctione
quā ponit in ver.si vero vna.qd hic loquit̄ quando plures por-
tiones deferuntur eodem iure puta substitutionis.Si vero di-
uerso iure:puta vna iure institutionis altera substitutionis
vulgaris locū habet.l.cōtraria.Tu dic qd aut incepit ab adi-
tione sue partis:⁊ tunc si postea deferatur altera per repudia-
tionem coheredis vel iuris accrescendi vel iuris substitutionis
vulgaris cogitur illam habere vtroq; iure tam accrescendi ꝗ̄
substitutionis.l.si qs heres institutus.de acquir.here.etiā.s.de
impu.⁊ alijs substi.l.testamento.et ibi not.Aut incepit a repu-
diatione partis sue.⁊ postea sibi defert̄ portio coheredis:tunc
habet locū.l.si tu ex parte.in fi.qꝛ tempore quo repudiauit non
erat sibi delata nisi sua pars:ideo potuit eam repudiare ⁊ repu
diatio valuit nec attraxit ad se portionem coheredis vt illam
etiā videat̄ repudiasse:ideo potest eam habere si vult etiam si in
ea non foret substitutus vulgariter:fortius si erat substitutus
sed si tēpore quo repudiauit suā iam erat delata portio cohere
dis per ius repudiationis repudiatio facta de sua non valeret:
⁊ sic posset eandē adire:quia tunc est eadem ratio que in pluri-
bus eodem iure delatis.Cū enim omnes possit habere statim si
vult repudiando vnam non valeret repudiatio:sed adeundo
vnam valuit ⁊ attrahit ad se alias.Ista ergo distinctio glo.an
eodem iure vel diuerso nō est bona:sȝ est distinguendum vt di-
xi:an tempore repudiationis vnius sint omnes delate an non:
sed sola repudiata:quia tunc valeret repudiatio facta de vna.
¶Secūdo oppo.⁊ ista oppositio colligitur ex versic.item cum
vnus.nam videtur qd licet adiuerit vnam nō cogat̄ habere alte
ram:imo possit etiam aditam repudiare.l.cum hereditate.ff.de
acqui.heredi.Sol.hic loquitur quando oēs erant delate:⁊ scie
bat vel scire debebat qd vnam acceptando ceteras cogebat̄ ha-
bere:qꝛ nō veniunt ex improuiso.vnde adeundo vnam videtur
se subijcere dispositioni iuris.l.si diu.de acqui.here.lex contra-
ria loquitur quando tempore quo adiuit vnam altera nōdum
erat sibi delata:quia coheres non repudiauerat:sed repudiat
post vnde obuenit ex improuiso:⁊ qꝛ istū casum non cogitauit
tūc loquitur illa.l.cum hereditate vt posset suam dimittere ne
illam cogatur habere nisi creditores sint contenti portione sua
tantum:si tamen vellet retinere suā cogeret̄ habere etiam repu-
diatam:vt ibi patet hec vera quādo repudiat̄ de iure cōi:quia
non erat adita:sed de iure speciali:quia erat adita.⁊ per benefi
cium restitutionis:vt quia erat minor repudiauit coheres:tūc
possit ille qui primo adiuit retinere suā ⁊ repudiatā recusare.l.
si minor.eo.titu.Item est verum quod dixi quando ille qui pri-
mo adiuit non fuit substitutus vulgariter in portione postea
repudiata:alias cogeret̄ eam habere vel nolle:qꝛ nō videretur
sibi obuenire ex improuiso eo modo quo quādo peruenit a iure
accrescendi tantum.⁊ hoc tenuit Bart.notabiliter in.l.si testa
mento.§.de impube.et alijs substi.¶Sed tertio opp.quod alia
distinctio sit habenda.l.neminem.de lega.ij.cum legibus seq.
Solu.nos loquimur in pluribus portionibus eiusdem heredi
tatis que licet fuerunt nominate ⁊ distincte a testatore non ta-
men per hoc fuit diuisa hereditas:ideo nec heres potest diuide
re ibi loquitur in legatis in quibus testator diuisit censetur di-
uisa vnio:ideo vnā partem potest legatarius acceptare alterā
repudiare.Secus si testor non diuisit:quia tunc vnum legatuȝ
siue sit factum de vna re siue de pluribus sub vno nomine colle-
ctiuo.nam pro parte non potest acceptare nec pro parte repu-
diare:si ergo testator legat primam partem vnius fundi dein-
de alteram partem eiusdem potest vnam acceptare et alteram
repudiare:quia testator videt̄ diuisisse:⁊ tot censent̄ fundi quot
partes.vt in.l.plane.in fi.de lega.j.non videt̄ diuidere heredi-
tatē quādo nō diuidit in diuersas personas:licet diuidat in di
uersas portiones.Et ratio potest esse:quia hereditas represen
tat personam defuncti que est vna:ideo maior est vnitas in he
reditate ꝗ̄ in legatis in quibus nō est representatio qd tamen
illud esset verum quādo pro diuisione relinqueret eidem diuer
sas portiones eiusdem fundi:et tunc esset veruȝ quod quelibet
portio est nouus fundus nō sic quādo pro indiuiso.l.meuius.§.
duobus.de lega.ij.¶Sed ⁊ quarto opp.ad idem quod imo pos
set vnam acceptare et alteram repudiare.l.liber homo.§.fin.et
l.si quis filium.de acquiren.heredi.Solu.verū est quādo essent
delate per plures hereditates diuersorum hominum:⁊ ex testa
mentis diuersorum:nos loquimur quando plures portiones
eiusdem hereditatis ex testamento vnius:⁊ hoc voluit glo.in
primo membro distinctionis:licet leges predictas non alleget.
¶Quinto et vltimo oppo.quod etiam quando ex testamento
vnius deferuntur plures portiones eiusdem hereditatis licet
vna amplecteretur ceteras non videatur amplexus.l.si solus.⁊
l.sed si de sua.ff.de acquiren.here.Solu.qd hic dicit̄ habet locū
quādo plures portiones eiusdem hereditatis essent mihi dela-
te ex persona mea idem si ex persona alterius:qꝛ seruus meus
vel filius fuisset institutus in pluribus portionibus eiusdem he
reditatis ab eodem testatore.Nam vnaȝ adeundo ex iussu meo
omnes acquirit.l.si vnus.ff.de acquiren.heredi.sed si vna por-
tio est mihi delata ex persona mea:altera ex persona serui vel
filij:si adeo ex mera non propterea efficior heres in illa:quia re-
quiritur aditio illius:⁊ sic tempore quo adiuit erit sui iuris ac
quiret sibi:⁊ non mihi.vt.s.eo.l.non est dubium.alias acquirit
mihi.⁊ ita intelligit gloss.in secundo membro distinctionis in
ver.si autē ex testamento.⁊ est expedita glo.ab illo ver.item cuȝ
vnus.vsq; ibi.ad ver.vbi autē.vsq; in fi.⁊ etiam in prin.gl.vsq;
ad versi.item cum vnus.illa que gloss.dicit concernūt secunduȝ
casum huius legis quando alicui fuit delata hereditas pater-
na.⁊ etiā pupillaris ex testamento vnius.⁊ qd dicit debet vel
ambas habere vel ambas repudiare.⁊ si adiuit paternam cogi
tur habere pupillarem.Contra de.l.si filius qui patri.de vulga
ri ⁊ pupilla.vbi si duo fratres fuerunt instituti pupillus ⁊ adul
tus ⁊ illi pupillo fuit adultus pupillariter substitutus:⁊ ipse
adultus repudiauit paternaȝ in qua erat institutus deinde ob-
uenit sibi pupillaris potest habere pupillarem:⁊ iterum repu-
diare paternam in qua erat institutus:⁊ sic ex toto separare pa
ternam a pupillari:⁊ habere pupillarem sine paterna.Sol.ad
hoc tendit principium glo.in ver.si adiuit.Nam hic loquitur
in casu econuerso quando prius adiuit paternam:⁊ postea vult
repudiare pupilla.tunc non potest.vt hic.⁊ ratio redditur per
Barto.in.l.qui patri.de acquiren.here.quia quos possum ne-
6 cessarios heredes mihi facere possum ⁊ filio meo. ¶†Sed qd
si vult repudiare paternam quam adiuit ne habeat pupillarē.
videtur quod possit per.l.cum hereditate.s.allegatam.Cōtra-
rium dic fm Ang.ibi in.l.qui patri.de acquirē.heredi.quia nō

videtur sibi obuenire ex improuiso cum sciret se pupillariter substitutum: sicut quando scit se vulgariter substitutum. vt dicit Barto. in. l. in testamento. de impu. et aliis substi. Et si decedat anteꝙ pupillus transmittat hanc necessitatem ad suos heredes. l. qui patri. sed Bald. hoc limitat duobus modis. Primo quando esset substitutus nominatus: puta si decesserit in pupillari etate titium coheredem suũ sibi substituto. si autem dixisset substituo superuenientem: tunc videtur substituere sub conditione si superuixit: ⁊ ideo si prius moriatur non transmitteret hãc necessitatẽ ad suos heredes: idem si dixisset quisquis sit heres mihi sit heres filio meo qui censetur institutus. et solum de instituto herede non de herede eius loquitur per. l. qui liberis. §. hec verba. de vulga. et pupil. que dicta sunt singularia si vera sunt: ⁊ tamen maxima est limitatio ad illam legem: sed subtilius est cogitandum quod fieri pro nunc non potest. si autem incipit a repudiatione paterna. et vult habere pupillarem sine paterna si quidẽ filius fuit institutus locuz habet illa l. si filius qui patri. Quo casu distinguendi sunt tres casus: aut enĩ pupillus adiuit paternam. ⁊ istũ casum glo. non tangit: sed dic qȯ tunc substitutus non possit habere pupillarem sine paterna que cum illa est coniuncta: ⁊ non potest ab ea separari. l. sed si plures. §. si filio. de vulga. ⁊ pupil. ⁊ cũ illa etiã est coniuncta portio in qua ipse substitutus fuit institutus de qua ipse repudiauit: quia illa accreuit in qua fuit institutus pupillus. Si vero pupillus abstinuit. ⁊ hunc casum gl. tangit dicens ꝙ tũc substitutus ita demum poterit habere pupillarem sine paterna si sit coheres per cuius aditionẽ pupillaris substitutio confirmetur: al's secus. Tu dic qȯ etiam si non sit: quia per solam existentiaz sui heredis: lz per abstentionem elisam confirmatur substitutio. vt habetur circa fi. gloss. ⁊ est casus in illa. l. si filius qui patri. Si vero pupillus nõ abstinuit se: sed etiaz adiuit nec se immiscuit: ⁊ sic hereditas paterna reperiť in hereditate pupilli: substitutus autem qui repudiauit paternam pro sua portione vult habere pupillarem sine paterna in qua fuit institutus pupillus: ⁊ sic separari a pupillari an hoc facere possit. dic qȯ si iste substitutus erat frater impuberis potuit per rationẽ que assignatur in illa. l. si filius qui patri. que videtur hoc velle: sed si erat extraneus non potuit: licet pupillus potuisset eam repudiare: quia cum ipse extraneus veniat ad hereditatem pupilli ex substitutione testatoris nec aliter venire potuisset non debet illi hanc verecundiam facere ꝙ repudiet hereditatem testatoris: ⁊ amplectatur pupillarẽ. Et hoc voluit illa. l. si filius. secus in alio herede pupilli qui venire non potest ad eius hereditatem aliter ꝙ ex prouisione testatoris: qꝛ ille poterit eam separare sicut ipse pupillus posset. Et aduerte: quia ista glo. in ver. hic enim. ⁊ si pupillus habeť corrupta. Nam quidam habent hoc modo. hic enim si pupillus abstinuit ipse tamen abstinere non potuit: que verba nõ habent intellectum. vnde debet dicere econuerso hic. ⁊ etiam si pupillus non abstinuit ipse tamen: scilicet heres abstinere poterit. ⁊ iste est casus in illa. l. si filius. licet glo. alleget illas leges que non dicunt hoc nec faciunt ad propositum: sed si pupillus non fuisset institutus: sed exheredatus ⁊ institutus heres fuisset sibi substitutus pupillariter loquitur. l. quesitum. ⁊. l. si filius qui se paterna. de acqui. here. ⁊ etiam ista glo. in fi. in ver. si autem pupillus. qꝛ autem institutus erat filius testatoris in potestate: ⁊ tunc licet ipse repudiauerit paternam ex quo tamen remansit heres ex hoc noĩe confirmatur exheredatio ⁊ pupillaris substitutio. allegat glos. l. cum quasi. §. fin. ⁊ si quis. de fideicõmis. libe. Tu dic ꝙ est casus in illa. l. si filius qui se paterna. ideo potest habere pupillarem sine paterna. dicit tamen glo. in fi. qȯ iste casus non est oĩno expeditus: qꝛ quidam dicũt esse speciale in legato libertatum vt confirmetur per solam existentiam sui heredis etiam elisam p abstentionem. vt in. d. §. sed ⁊ si quis. cõmuniter tenetur ꝙ etiã pupillaris substitutio ⁊ datio tutoris: quia sunt fauorabiles sicut libertas. confirmatur ⁊ dicunt esse casum in illa. l. si filius q patri. ⁊ in. d. l. si filius qui se paterna. Si vero erat extraneus substitutus: tunc loquitur. l. quesitum. vt distinguatur an sit instituttus insolidum: ⁊ tunc si repudiauit paternam non possit habere pupillarem: quia non est per cuius aditionem cõfirmetur: secus si habeat coheredem qui adeat: ⁊ iste est cõis intellectus illius. l. sed vt ibi dixi alium puto fore intellectum illius: et magis notabiliter. dic vt dixi. ⁊ ex predictis possunt colligi opi. quas in prin. dixi contra istum casum secũdum.

2 ☞ Si instituať aliquis monachus tanꝙ non monachus qȯ valeat institutio: ⁊ per eum acquiratur hereditas monasterio preter intentionem testatoris.

3 Lite pendẽte super vno articulo nõ debet altera pars compelli ad faciendũ aliqd qȯ tendat in preiudiciũ litis: ⁊ si cõpellať debet fierit protestatio qȯ illud fiat sine preiudicio litis.

4 Quando seruꝰ instituitur simplr̃ nulla facta mentione de dñõ cum censeať institutus sui contemplatione ⁊ non dñi: licet dñs esset incapax non redditur institutio nulla.

Quod tunc non habeat locum regula qȯ capacitas ⁊ incapacitas serui inspicitur ex persona domini.

5 Coactio quod sit duplex.

6 An stetur verbis enunciatiuis instrumenti.

1 Cum aliquis. ☙† Si ille qui litigat de libertate sua vel seruitute instituatur heres tanquam seruus illius cum quo litigat cogitur lite pendente: ⁊ sine preiudicio litis hereditatem adire: ⁊ illi acquirere que remanebit penes eum quẽcunꝙ exitum lis habeat. Si vero instituatur simpliciter expectabitur euentus litis: ⁊ interim nõ cogetur: sed si pronunciabitur seruus adire cogetur. Si vero liber non cogeť: sed poterit acquirere pro se. h. d. Et ratio diuersitatis est: quia primo casu censetur institutus contemplatione illius cũ quo litigat: qȯ sic est perinde ac si fuisset institutus in tantum qȯ si adiret postꝙ foret pronunciatus liber tenetur illi restituere nulla deducta trebellianica per. l. aditio. ff. de acqui. heredi. ⁊ tamẽ qui est institutus simpliciter ⁊ rogatus. de resti. alteri detrabit trebel. qꝛ non censetur institutus cõtemplatione illius tantũ: sed sua ⁊ illius. plus ergo est instituere aliquem sui contemplatione ꝙ simpliciter ⁊ ipsum rogare de restituendo tibi. Secundo vero casu censetur institutus sui tantum contemplatione non illius cũ quo litigat postꝙ non est facta mẽtio: ideo expectatur

2 euentus litis anteꝙ cogatur. ☙† Et nota. qȯ etiam si fuit pronunciatus seruus institutio non redditur nulla: vt hic patet: ⁊ tamen testator credebat ipsum esse liberum: et posse sibi acquirere: sed non acquirit sibi: sed domino: ⁊ sic est hic casus de eo qȯ dixi in. l. iij. ff. de here. insti. quod si instituatur aliquis monachus tanꝙ non monachus nihilominus valet institutio: et per eum acquiritur hereditas monasterio preter intentionem testatoris. Nec ob. l. si pater. ⁊. l. nec apud. eo. titu. quia ibi errabatur in alia qualitate instituti: scz proximitatis ⁊ affinitatis que presumitur fuisse causa finalis institutionis. ideo si reperitur falsa institutio redditur nulla. Per istam legem videtur ꝙ si instituatur filius alienus vel sibi legetur tanꝙ filio illius qȯ istud dicatur peculium profectitium: ⁊ acquiratur patri pleno iure proprietatis ⁊ vsufru. quia in profectitiis nihil immutatur per iura noua: secus si instituatur simpliciter non tanꝙ filius alterius: qꝛ censebitur aduẽtitium: ⁊ acquiretur sibi proprietas et patri vsufructus. pro primo membro facit. l. lz si plures. §. in arrogato. ff. de vulga. ⁊ pupil. Et ita inducit Dy. hãc l. in. l. si filio. ff. de condi. ⁊ demon. Barto. ⁊ alii dicunt primum membrum procedere quando fuit facta mentio de patre ⁊ paterna potestate: secus si solum de patre: quia tunc idem in primo qȯ in scđo per. l. fi. ff. de vsufru. ⁊ ibi vide Barto. Item per principiũ huius legis videť ꝙ si instituam titium tua contemplatione possum ipsum cõpellere ad adeũdum ⁊ restituẽdum. de hoc tetigi. ff. eo. nec emere. Nam hoc ꝓcedit quando ille tibi seruiebat bona fide: ⁊ eras in eius quasi possessione taꝙ dominus tamen reuera esset liber per. l. aditio. ff. de acquirẽ. heredi. Itẽ est verũ in casu huius. l. quãdo tibi non seruiebat nec eras in eius quasi possessione tamen pendebat lis inter te et ipsum de seruitute. Item in tertio casu quando instituo tanꝙ procuratorem tuũ vel negotiorum gestorem ⁊ erat procurator vel ratum habuisti. ⁊ ita ipse recepit per ea que habentur in. l. paulus. ff. de acqui. heredi. ꝑ glo. ⁊ istis casibus nõ poterit detrahere aliquam trebellianicam: vt superius dixi. Sed extra istos casus non poteris ipsum cõpellere: sed ipse poterit adire pro se ⁊ tibi non tenebitur restituere per. l. quidam cũ filiũ. ff. de here. insti.

3 ☙† Item not. qȯ lite pendente super vno articulo non debet altera pars compelli ad faciẽdum aliquid qȯ tendat in preiudicium litis ⁊ si compellať debet fieri protestatio qȯ illud fiat

4 sine preiudicio litis. ☙† Itẽ scias ꝙ quãdo seruus instituitur simpliciter non facta mentione de dñõ cũ censeatur institutus sui contemplatione non autem dñi: licet dñs esset incapax nõ reddiť institutio nulla nec tũc habet locuz regula que est qȯ capacitas ⁊ incapacitas serui inspicitur ex persona dñi. l. non eo minus. ff. de here. insti. illa enĩ regula ꝓcedit qñ instituitur contemplatione dñi ⁊ tanꝙ seruus si autem principaliter secus: et ideo si tpe aditionis reperiatur sui iuris poterit sibi acqrere ⁊ iste est casus in. l. si seruus eius q capere. ff. de acqui. here. ⁊ ibi oĩno vide per Bar. ⁊ ita põt intelligi. l. si deportati seruo. ff. de lega. iij. ☙ In gl. j. in fi. ibi. tamen dicitur preiudicialis in rem. dic ꝙ hoc est verum quãdo lis est cũ ipso qui vendicať in seruitutẽ. ⁊ ideo diciť preiudicialis: qꝛ sentẽtia lata pro eo vel cõtra eũ faciet preiudicium cõtra oẽs vel quãtũ ad oẽs: qꝛ est lata in causa status: ⁊ si pronunciabiť liber habebitur pro libero quo

ad oẽs

ad omnes si seruus habebitur pro seruo.l.ingenuum.de statu homi.talis enim sententia dicitur facere ius quo ad omnes.l.j.§.fin.de libe.agno.si aũt lis non esset instituta cum eo: sed cum illo qui eum possideret vt seruum suum tunc non diceretur lis de statu hominis: ideo non dicetur preiudicialis in rem: q2 nõ faceret preiudiciũ sententia nisi inter personas inter quas fuisset lata: quod dic vt in.l.j.§.per hanc.⁊ qḋ ibi not.ff.de rei ven.

5 ¶†In seq.glo.in fi.ibi: vel a domino ibi a iudice. Tu dic me-
a lius quod duplex est coactio[a] quia quedã est exterior que fit in corpore ⁊ illa potest fieri in personam serui ponendo ipsum in carceribus vel in compedibus ⁊ de illa loquitur hic.quedã interior que fit in animo ⁊ illa non potest fieri.iuxta illud Boetij. Nunq̄ libero imperabis animo.si enim non vult nunq̄ facies eum velle per aliquam compulsionem exteriorẽ: sed potius permittet se excorticari.⁊ ita loquitur.l.iij.§.de heredib9 instituen. Item prima compulsio exterior potest exerceri per solum dominum sine iudice quando est in possessione illius tanq̄ serui.l.j.§.j.vel.ij.ff.si quis omis.cau.testa.⁊ quia est compulsio licita non diceretur actus meticulosus: vt dixi.§.eo.l.nec emere. Si autem non est in quasi possessione: sed cum eo litigat de seruitute tunc compulsio fiet per iudicem.vt in hac lege credo qḋ iudex cause principalis erit competens ad ipsum compellendũ quia iste est articulus incidens.argumẽ.in.l.quoties.§.de iudi.⁊.l.fina.§.j.⁊.§.de admini.tuto.vbi iudex cause mote cum mi-
6 nore dat curatorem liti: quia est articulus incidens. ¶†In glo.fina.ibi: argu.contra.dic quod ista videtur verior ⁊ speciale in confinibus que probantur per indicia: ⁊ sic leuius q̄ alia: vt in c.cum causam.extra de proba.⁊ not.per glo.in.c.si papa.in pri.super verbo probato.de priuil.libro.vj. Bald.tamen hic videtur requirere quod sint plura instrumenta de hoc attestantia quoniam ex illis resultat publica fama que sufficit in antiquis ad probationem perfectam fiendam.vt not.§.de proba.l.proprietatis.⁊.ff.de nego.gest.l.⁊ qui natura.§.cum me absentem. et per eundem Bal.in.l.cum super vernis.§.de rei vendica. Si ergo reperiantur plura instrumenta dicentia actum in tali castro talis diocesis vel talis territorij resultat vehemens presumptio quod sit de illa diocesi vel territorio. Quid autem in alijs an stabitur verbis enunciatiuis instrumenti.dicunt doc.quod in preiudicium partium inter quas confectum est instrumentũ statur.l.optimam.j.de contrahen.stipul. Sed in preiudicium aliorum non.quod dic vt hic per Cyn.⁊ quod not.Inno.in.c.quoniam contra falsam.de proba.⁊ in.c.cum in iure.de offic.de lega. Quando continetur in sententia cõdemnamus talem procuratorem talis: an ex hoc probetur quod ille sit procurator vel quod fuerit presens.

2 ☞ An hodie si nõ cõficiatur inuentariũ milites habeant aliquod priuilegium ne teneantur vltra vires hereditatis.
An fiscus qui occupauit bona vacantia vel per confiscationem ratione delicti teneatur vltra vires bonorum si non conficiat inuentarium.
Quid in ecclesia.

4 ad proprietatẽ quã habebant liberi. ¶ † Ultimo nota in versicu. cum enim. quod pater nõ debet indignari si ipse succedat in solo vsufructu: ⁊ filij eius in proprietate cum votum suum sit acquirere filijs: et quod post eius mortem bona sua ad eos perueniant. l. nihil. §. subtilior. ff. de bo. liberto. videtur autem huic. l. cõtradicere. l. fi. s. ad tertul. §. si autem defuncta. vbi pater habet partem vsusfructus: ⁊ filij aliam partem ⁊ hic pater habet vsumfruc. integrũ: et filij solam proprietatem. dic ꝙ ista est nouior illa: quia Justiniani. Item illa loquitur quando extabat mater cuȝ patre ⁊ fratribus. ista vero quãdo pater ⁊ frater extant: aut ergo extabant pater et mater tantum et prefertur pater: vt. s. ad tertul. l. ij. aut cuȝ eis extãt fratres. ⁊ loquitur l. fi. in. §. si autem defuncta. Aut extabat pater ⁊ fratres tantũ ⁊ loquitur ista. l. aut solus pater. ⁊ loquitur insti. de legi. agna. succes. §. fi.

2 ☞ Ad generationẽ necessarius est vterqȝ sexus vt sicut masculus generat ita ⁊ femina.

Nati ex femina an dicanꝭ de generatione ipsius an vero generatio denominetur a masculo.

3 Successiones debent esse reciproce.

4 Prelatus translatus ab vno gradu in alterũ potitur iure illius gradus ad quẽ fuit translatus per omnia sicut illi qui originaliter erant de eo.

Munera que prius erãt extraordinaria si fiant ordinaria per legem vel statutum ꝙ debeant per omnia iudicari ac si a principio fuissent ordinaria.

5 Statutũ si loquitur de agnatione in materia successionis nõ debemus ipsum extẽdere ad filiũ sororis germane vel vterine licet per istam. l. isti equiparentur agnatis.

Licet dicamus ꝙ statutũ debet intelligi scđm ius cõmune debet intelligi de iure cõmuni ordinarie disponente: non autem extraordinarie.

1 **Lege. xij. tabularum.** † Femine iure agnationis succedunt sicut masculi sublato iure qđ contrariũ inducebat. Item filij sororis cõsanguinee vel vterine ius legitime agnationis tam in successiõibus ꝙ̃ in tutelis nanciscũtur autoritate huius legis. h. d. tota. l. Bart. Et primo commendat. l. xij. tabul. que feminas cum masculis pariter admittebat: quia vterqȝ sexus necessarius est ad cõseruationem humani generis vsqȝ ibi: sed posteritas. Secundo importat mediã iuris prudentiam que nimia subtilitate inducebat contrarium ꝙ agnate femine non succederent agnato: sed agnati masculi sic et tamen agnatus bene succedebat agnate femine. ⁊ hoc erat iniustum vsqȝ ad ver. sed nõ solum fratris filius. ibi quibusdam personis que nõ sunt agnate: sed cognate ⁊ sic ante hanc legem nõ poterant succedere de iure ciuili: sed de iure ciuili tatum pretorio per bo. pos. vnde cognati que tribuit ius agnatiõis. vt possit succedere d iure ciuili sicut agnati: vȝ filij sororis cõsanguinee vel vterine nõ vlterioribus hodie vero omnes cognati possunt succedere de iure ciuili sicut agnati: vt in aut. de heredi. que abintesta. ⁊. s. eo. aut. post fratres. Non tamẽ intelligas per hoc ꝙ cognati sint agnati: quia contradicit diffinitio agnationis cum cognati sint cõiuncti ꝑ virilem sexum: vt insti. de legi. agna. succes. tamen nõ obstante ꝙ sint cognati sortiuntur iura successionis que habent agnati. et sic illa possunt simul stare ꝙ aliquis non sit legitimus: et tamen sortiatur iura legitimi quando nõ est legitimatus inte

2 graliter quo ad omnia: vt dixi. s. eo. l. qui ab eo. ¶ † Ex prima parte no. ꝙ ad generationẽ necessarius est vterqȝ sexus. Ergo sicut masculus generat sic ⁊ femina ⁊ sic nati ex femina dicuntur de generatione eius: licȝ quidam dicant cõtrariũ ꝙ generatio denominatur a masculo: qꝛ est extremũ agẽs nõ autẽ femina que est extremũ patiens. fateor tamẽ ꝙ germen dicitꝛ a masculo non a femina: vnde frater vel soror cõiuncti ex latere patris dicuntur germani ⁊ consanguinei: sed ex latere matris dicuntur vterini. Et in isto vocabulo bene procedit qđ isti dicũt vt fiat denominatio ab extremo agente nõ a patiente. Et hoc patet in sequenti particula. Ex qua scđo not. qđ de illa media iuris prudentia femine vocabãtur ad successionem patris et fratris germani vel sororis germane: sed a successione aliorȝ agnatorum penitus excludebantur: ⁊ sic amita nõ succedebat filio fratris: sed ille bene succedebat sibi. Item amita non succedebat filio fratris: sed patruus bene succedebat. Item filius fratris succedebat patruo ⁊ amite: sed eius soror germana nõ succedebat. Et omnia ista erant vitia que tolluntur per hanc l. vt patet ibi. quale enim ⁊c. vsqȝ ad versi. huiusmodi. Deinde

3 † not. in ver. cum enim. ꝙ successiones debent esse reciproce. Si enim statutum disponeret ꝙ aliquis succederet alteri preter ius commune: puta ꝙ victricus succederet priuigno quod nõ est de iure cõmuni: vt. ff. ti. j. l. victrico. videreꝭ etiaȝ tacite velle ꝙ econtra priuignus succederet victrico non extantibus alijs magis cõiunctis vel eodem modo quo victricus sibi: qꝛ statutum de vno de correlatiuis censetur statutum in altero. vt. s. e. si ab eo. Et hoc quando statuit affirmatiue si autem negatiue: secus vt si statuat ꝙ soror nõ succedat fratri non propterea videtur statuere qđ frater non succedat sorori: vt ex ista. l. colligitur quia femina nõ succedit agnato. ⁊ tamen agnatus succedebat femine: esset tamẽ statutum iniquũ ⁊ veniret corrigendum

4 arg. huius. l. ꝭm Bal. ¶ † Ex tertia parte not. ꝭm Jaco. but. s. de sacrosan. eccle. l. placet. qđ prelatus trãslatus ab vno gradu in alterum potitur iure illius gradus ad quẽ fuit trãslatus ꝑ oĩa sicut illi qui originaliter erãt de eo: ⁊ ideo determinat ipse per hũc tex. qđ munera que prius erãt extraordinaria si fiant ordinaria

ordinaria per legē vel statutū debeant per oia iudicari. ac si a
principio fuissent ordinaria. Itē debes scire ꝙ ista vltima ps
suppletur per. l. seq. in ver. sed nec in fratrē: qꝛ si filij sororis ger
mane vel vterine sortiunť iura agnationis. multofortius ipsa
soror vterina ⁊ etiam frater vterinus debent sortiri: quia sunt
in potiori gradu secū do. ⁊ tamen hic in ista. l. nō cauebať. Et
si nō fuisset facta suppletio. per. l. seq. licet in eis vigeret maior
ratio: qꝛ tamen ista. l. est correctiua iuris cōis nō fuisset extēsa
ad fratrem vel sororē vterinum: vt possit succedere de iure ci
uili. facit qd̄ not. in auť. quas actiones. s̄. de sacrosan. ecc. qꝛ ꝓ
pter identitatē vel maioritatē rationis nō debemus inducere
legum correctionē. nec debemus extēdere de vno casu vel per
5 sona ad aliū. ¶ †Vltimo dicit hic Bal. ꝙ si statutum loquiť
de agnatione in materia successiōis nō debemus ipsuʒ extēde
re ad filiū sororis germane vel vterine: lʒ ꝑ istā. l. isti equiparē
6 tur agnatis: qꝛ nō propterea dicunť agnati. †Et lʒ dicam⁹ ꝙ
statutū debeat intelligi ƀm ius cōe: vt not. s̄. de iur. delibe. l. fi.
§. in cōputatione. in fi. mag. gl. debet intelligi de iure cōi ordi
narie disponente nō autē extraordinarie. nā ista. l. extraordi
nem statuit ꝙ iste persone que nō sunt agnate: sed cognate ha
beant iura agnationis. vnde non debet intelligi statutum ƀm
istam legem. Tene menti.

1 MEmínímus. †Ista. l. est Iusti. sicut pre
cedens. sed facta dudum
post. l. ꝑce. ⁊ illa principaliter ad prouidendū serui
feminino ne excludať a successione. Ista vero prin
cipaliter ad prouidendū filijs emācipatis: tam masculis q̄ꝫ fe
minis qui per emancipationē desinebāt esse agnati: ⁊ sic non
succedebāt de iure ciuili nec ascendētibus nec trāsuersalibus
agnatis in aliquo ƀm. l. xij. tabu. Postea per pretorem succe
debant ascendentibus: sed transuersalibus non. per. l. autem
anastasiam quā nō habemus. prouisuʒ fuit ꝙ fratres emācipa
ti succederēt fratribus de iure ciuili cū quadā tamē diminu
tione: sed filij emancipatorū nullo modo succedebant. Lex au
tem ista vult ꝙ succedāt sine aliqua diminutiōe: ⁊ similiter eo
rum filij de iure ciuili: nec habēt interesse petere bo. pos. sʒ suc
cedant ad similitudinē suorum nō tamē ꝙ sint sui heredes: qꝛ
suitas prouenit ratione patrie potestatis. ⁊ sic habent necesse
adire aliter hereditatē non transmittunt ad heredes sicut nec
extranei. ⁊ ita intelligunt doc. hanc legem. Primo ergo refert
substantiam. l. precedētis. ⁊ ipsam cōfirmat vsqꝫ ibi: sed subti
liore. Scd̄o vocat filios emācipatos ad successionem tam pa
tris q̄ꝫ fratris q̄ꝫ aliorum agnatorū de iure ciuili: vt adire pos
sint. ⁊ non habeant necesse petere bono. pos. vsqꝫ ibi: nec in fra
trem. Tertio supplet. l. precedentem in vltima parte: vt sicut fi
lij sororis germane vel vterine vocātur de iure ciuili: lʒ sint co
gnati: ita fortius ipsa soror vel frater vterinus vsqꝫ ibi: cū au
tem. Quarto qꝛ predicti sunt de secūdo gradu transit ad ter
tium: ⁊ disponit ꝙ filij filiorum emancipatorū qui ante hāc. l.
nō cognoscebātur per. l. anastasiam admittunť ad successionē
sicut patres eorū. vsqꝫ ibi: successiōes vcʒ. Quinto statuit locū
habere successoriū edictum de iure ciuili de secundo gradu in
tertium. qd̄ tamē nō erat ƀm. l. xij. tabu. qꝛ nec de gradu in gra
dum nec de capite in caput habebat locū: lʒ de iure pretorio
secus vt in tit. de suc. edic. hodie vero per. §. placebat. instit. de
legi. agna. suc. locū habet de iure ciuili eodē modo quo de iu
re pretorio de capite in caput: ⁊ de gradu in gradū. ⁊ hec vsqꝫ
ibi: ceteris oibus. Ibi. vj. in qua reseruat iura vetera in alijs
vsqꝫ ibi: quas autē. Ibi. vij. in qua quos vocat ad successioneʒ
vocat ad tutelas: vt ibi sint onera vbi commoda. Et vltimo re
stringit hāc. l. ad casus nō decisos per transactionē vel sniam.

¶ Communia de successionibus Rubrica.

1 SCire debuistis. †Ad successioneʒ
fratris emācipati
alias emācipatus ⁊ in potestate retentus pariter
admittitur de iure pretorio. h. d. ¶ Oppo. inquā
tum loquitur de filia in potestate et vult ꝙ nō ve
niat ad successionem fratris emancipati nisi de iure pretorio
per bonorum possessionē per. l. de emancipatione. s̄. titulo pri
mo. Solutio: illa est. l. vetus: ⁊ per emancipationem desinebat
filius esse agnatus tam fratri emancipato quā sorori existenti
in potestate: vnde neuter poterat vocari nisi de iure pretorio:
sed per illam. l. de emancipatis. hoc inducitur. ⁊ non obstante
capitis diminutione frater vel soror non emancipata succe
dat fratri: si existat frater succedat in proprietate: et pater in
vsufructu. vnde in hoc ista corrigitur per illam: ⁊ per. l. anasta
siam. que reseruabat ius agnationis inter filium emancipatū
et patrem: et etiam fratrem vel sororem. de qua in. l. iij. s̄. de
legi. tuto. non tamen intelligas ꝙ emancipatus sit agnatus:
sed est similis ei in succedendo. Ius enim agnationis tollitur
hodie sicut olim: sed nō ius succedendi: ꝙ patet: quia succedet
ad similitudinē suorum agnatorum: vt in. l. precedenti. ⁊ nul
lum simile est idem. l. quod nerua. ff. depositi. Et per hoc expe
dita glos. que est hic. ¶ Secundo oppo. inquantum loquitur
de fratre emancipato: ⁊ dicit eum vocari ad successionē fratris
emancipati ad. l. meminimus. post princ. ibi: non eodem autē
iure etiam ad fratrem suorum ⁊c. vbi dicit ꝙ ante illam. l. emā
cipatus per pretorem non vocabatur ad successionem fratris
sed per illā. l. vocatur. Solu. ibi in fratre defuncto qui nō erat
emancipatus hic sic. et sic ista iura erant valde inuoluta. bene
ergo fecit Iustinianus in auť. de here. abintesta. tollere istas
ambages ⁊ questiones que resultabant ex iuribus veteribus:
vt non sit differentia agnationis ⁊ cognationis emancipatio
nis ⁊ patrie potesta. vt omnes vocentur de iure ad successionē
ƀm ordinem ibi traditum.

1 SI pater tuus. †Qui est heres heredis
potest hereditatem pri
mi defuncti vendicare. h. d. Et melius staret in ti
tu. de peti. heredi.
2 ☞ Victricus ꝙ habeatur loco parētis ⁊ an possit dari tutor
priuigno.

1 VIctrico priuignus. †Intellige
istā. l. etiaʒ
si priuignus decessit non relictis consanguineis: ⁊
non relicta vxore victricus nō possit ei succedere: sʒ
2 hereditas deuoluatur in fiscum. Videbatur contrarium † qꝛ
victricus loco parētis habetur: vt. s̄. de neg. gest. l. si paterno.
a sed pater succedit filio. An autem victiccus[a] possit dari tutor
priuigno. et sic mulier transiens ad secunda vota possit pete
re maritum dari tutorem suis filijs ex primo matrimonio.
vide quod habetur in. l. nonnunq̄ꝫ. ff. de adop. ⁊. s̄. de cōtrario
iudi. tute. l. fi. in prin. ⁊ nō est diu qd̄ fuit in ciuitate ista. iste ca
sus ⁊ in illis. ll. probatur ꝙ sic: ⁊ tamen. l. nō confidit de matre
vt si victricum superinduxit debeat apud euʒ alimētari: vt. s̄.
vbi pupil. edu. deb. l. j. i prin. qd̄ est mirabile: ⁊ sic educatio fiet
apud vnum ⁊ tutela erit apud alium.

a ¶ Victricus. ad
de glo. in auť. de
nup. in. §. si ocun
dum. ⁊ Spe. tit.
de tuto. §. iiij. v̄si
cu. verūtamen.

1 AMite cuí. †Amite sue non pōt quis succe
dere ꝑ se si filios relinquit: qꝛ illi
preferūtur sibi nec etiā ex persona illorum si illi ha
bent aliquos ꝓpinquiores: puta fratres. hoc scd̄o
alias secus. hoc tertio ⁊ vltimo dicit.
2 ☞ Tutor an succedat pupillo deficientibus alijs attinen
tibus.
3 Qui pueros expositos suscipiunt ⁊ nutriunt: an illis succedāt
si deficiant alij consanguinei.
Quid in hospitalibus qui tales recipiunt.
Quid in hospitibus recipientibus peregrinos et aduenas si
ibi decedant. ⁊ nu. 5.
4 Qd̄ tales peregrini non possunt capi ꝓ represalijs: ⁊ qualiter
possunt testari ⁊ quā solennitatē seruare debeant. ⁊ nu. 5.
5 Bene faciunt peregrinantes si portant signū peregrinorum.
6 Illi qui moriūtur apud sarracenos an debeant testari de iure
communi.
7 Casus in quo bona intestati deueniunt ad episcopū.
Si fiat donatio alicui imagini beate virginis vel alterius san
cti existentis in loco priuato ꝙ illa donata debeant deuenire
ad ep̄m qui illa habet distribuere in piam causam.
8 Consuetudines ⁊ statuta possunt expresse reprobari.

1 NUtritoribus. †Ista lex exēplificatur
tribus modis. Primo
in illis quorum vxores pro pecunijs lactant pue
ros alienos: vt si illi pueri postea decedant quādo
cunqꝫ non relictis aliquibus consanguineis illi nutritores nō
2 succedant sed bona deueniant in fiscum. †⁊ per hoc Barto. re
prehendit glo. que est in. l. quod tutela. de regu. iuris. que dicit
tutorem succedere deficientibus alijs attinentibus. nam dicit
Barto. qd̄ illa gl. non probatur aliqua. l. qd̄ in contrarium fa
cit ista. l. Bald. ⁊ Ange. videntur etiam sustinere eo casu quo
pupillus moriatur durante tutela: aľs secus. argu. ad tertul. l.
mater. Nec ob. ista. l. quia loquitur in nudo nutritore: ⁊ qui re
cipit mercedē de nutrito. sed glo. loquitur in tutore qui admi
nistrat bona ⁊ sine mercede: ⁊ cuius periculo sunt bona. facit
j. de here. decuri. per totum. Secūdo exemplicatur in illis qui
3 pueros expositos suscipiunt ⁊ nutriunt. ¶ †Et sic not. ꝙ ista
hospitalia que tales recipiunt nō ꝓpterea eis succedūt si ma
iores effecti decedant cum bonis: sed potius deueniūt in fiscū.
de his habetur. j. de infan. expo. per totū. Tertio modo exem
plificaretur in hospitalarijs. ⁊ etiam hospitibus recipiētibus

peregrinos ⁊ aduenas: vt si ibi decedant bona mobilia q̄ habent nō applicentur eis sed eorum successoribus si habent al's applicantur fisco. Et quia in multis locis cōtrarium seruabatur marie Rome: vt dicit Bartolus: ⁊ marime in anno iubilei. Imperator Federicus fecit aut. hic positam: scilicet omnes

4 peregrini. tamen ibi male seruatur. ¶ †Ex qua aut. not. pulchra. primo qd tales peregrini non possunt capi pro represa-

a lijs:ᵃ vt patet in prin. dum dicit libere hospitentur in isto verlibere. ⁊ ita tenet Bar. in tractatu represaliarum. ¶ Item no. dum dicit liberam habeant facultatem. naꝫ per hoc dicit Ange. se tenere ⁊ alios tenuisse ꝙ possunt testari corā duobus testibus sicut milites propter liberam facultatem eis datam. ff. de testamen. mili. l. j. in prin. Item ꝙ nō habent seruare statutum nec solennitatem loci vbi hospitantur ⁊ testantur. hoc verum si ibi moriantur: sed si superuiuant. puto ꝙ illud testamētum si alibi moriantur non habeat vires: q2 cessat causa priui

5 legij. ¶ †Et nota ꝭm Ange. qd bene faciunt peregrinantes si portant signum peregrinorum. ⁊ sic ipse ⁊ alij videtur restringere istam aut. solum ad illos qui peregrinantur deuotionis causa vt euntes ad sanctum Jacobum: vel romam: vel ad sepulchrum. ⁊ ꝙ non habeant locum in alijs viatoribus. sed in contrarium facit text. dum dicit ⁊ aduene qd est verbum magis latum. ⁊ sic videntur comprehendere omnes viatores: sed posset restringi ad peregrinationes: q2 omnes peregrini sunt aduene. ⁊ sit sensus quod aduene peregrini ⁊c. Audiui autem ꝙ venetijs est ista consuetudo ꝙ si aliquis forensis ibi moriatur bona deueniant in casu qd esset contra istam aut. si late intelligeretur de omnibus aduenis ⁊ viatoribus. Itē ꝭm Bal. ꝙ causa intestati non regulatur ꝭm consuetudinem ⁊ statutū loci vbi quis moritur: sed ꝭm illa que vigent in loco originis vel domicilij. vel dic ꝙ vigent vbi sunt bona. iurta no. in. l. cū-

6 ctos populos. de summa trini. †Et vide qd not. per Bart. in l. qui a latronibus. ff. de testa. de illis qui moriuntur apud sarracenos. ⁊ ibi testātur an debeant testari de iure communi cū septem testibus ꝭm consuetudinem loci vbi testantur. ⁊ Bar. tenet primam partem: quia eorum consuetudines sunt improbate a. l. christianorum. Bal. tenet ⁊ dicit se consuluisse ꝙ si factum est coram duobus testibus. ⁊ sic de iure gentium seu naturali valere etiam in terris christianorum: et vbi sunt bona.

7 ¶ †Not. etiam casum in quo bona intestati deueniunt ad episcopum. ⁊ dicit hic Ange. se tenuisse per hunc tex. in quadam

b disputatione sua ꝙ si fiat donatio alicui imaginiᵇ beate virginis vel alterius sancti existentis in loco priuato ꝙ illa debent deuenire ad episcopum qui illa habet distribuere in piam causam per istam aut. sed cauendum est ne potius imburset: sed

8 hoc facit in preiudicium anime sue. ¶ †Ultimo no. ꝙ consuetudines ⁊ statuta possunt expresse reprobari per. l. ⁊ tūc. l. vincit eas. sed quando non sunt expresse reprobate vincūt legem: vt. j. que sit lon. cōsue. l. j. cum ibi not. Sed cū hic dicatur hactenus ⁊c. an erit reprobata cōsuetudo inducta post istam aut. videtur ꝙ non per gl. que est in cle. statutum. de elec. Contrariū tenet hic Bal. quia hic reprobatur ratio consuetudinis: quia est iniqua. ⁊ ideo extēditur ad preteritam ⁊ futuram ꝭm eum: quod not.

2 ☞ Filiusfamilias etiam de iure codicil. qd habebat heredeꝫ abintestato in aduentitijs secus de iure ffōrum. et quid in castrensibus.

3 Hereditas filij est patri luctuosa sicut ⁊ matri.

1 **Sancimus.** †In bonis maternis frater succedit fratri in proprietate pater vero in vsufructu. h. d. Et fuit facta hec. l. post l. quecunꝗ. j. de bo. que lib. de qua facit hic mentionem que loquitur in lucris nuptialibus. Et ipsam extēdit ad bona materna que hodie per. l. j. §. ti. j. acquiruntur filijs quo ad proprietatem: ⁊ patri quo ad vsumfru. si cōtingat eos post ea decedere qui decedat in illa proprietate: et in lucris nuptialibus que similiter acquiruntur filijs: determinatum erat per hanc. l. quecūꝗ. qd succedant liberi eorum si quos reliquerint si vero nō reliquerint succedant fratres vtrinꝗ coniuncti: ⁊ si eos nō habent succedāt fratres ex altero latere tm̄ excluso patre preterꝙ in vsufru. Sꝫ omnibus deficientibus vltimo loco pater succedit: ⁊ illam decisionē imperator hic extēdit ad bona materna. nam primo loco fuit statutum in eis per cōstantinum ꝙ acquirerentur filijs quo ad ꝓprietatē in. l. j. §. ti. j. nō tm̄ erat statutum qui succedat dictis liberis post mortē ſꝫ decidītur per hanc. l. de lucris autē nuptialibus fuit statutū p impe ratores posteriores in. l. j. §. de bo. que libe. ⁊. l. nō sine. vnde melius starct ista. l. in titu. seq. hodie vero corrigit ꝙ si liberi reliquerunt liberos pater in bonis aduentitijs succedit etiam in proprietate vna cum fratribus vtrinꝗ cōiunctis: sed si sunt ex vno latere tm̄ solus pater succedit illis exclusis. aut. defuncto.

2 §. ad tertul. ¶ †Not. ergo hic ꝙ etiam de iure codi. filiusfa. in

c aduentitijsᶜ habebat heredem abintestato: secus de iure ffōrum nam etiam in castrensibus vel quasi que querebātur filijs quo ad proprietatē ⁊ vsumfru. ⁊ in quibus reputabantur patresfa. l. ij. ad macedo. non propterea habebant heredes etiam filios proprios ſꝫ pater istis mortuis omnia occupabat iure peculij l. ij. de castren. pecu. de iure autem autenticoꝝ clarum est qd filiusfa. in aduētitijs et quibusdam habet heredeꝫ abintestato. Ex testamento vero nō: vt in. l. fi. §. qui testa. fa. pos. de iure autem etiam ffōꝝ filiusfa. in dote aduētitia vel etiam profectitia donata per patrem habebat heredem ꝭm doct. qd dicyt plene

3 per Bar. in. l. post dotem. ff. solu. matri. ¶ †Item not. ibi duꝫ dicit: sed triste lucrum ⁊c. ꝙ hereditas filij est patri luctuosa sicut ⁊ matri. §. de insti. ⁊ substi. l. fi. ⁊c.

2 ☞ Statutum ꝙ frater ex latere patris tantū preferatur fratri vterino ⁊ ipsuꝫ excludat: an si frater defunctus habeat bona quesita a iure communi inter ipsum vterinū ⁊ in illis frater ex latere patris preferatur vterino.

1 **Itaꝗ mortuo.** †Quare fuit necessaria ista aut. nonne sufficiebat aut. defuncto. ⁊ aut. cessante. dic qd aut. defuncto. loquitur quādo quis decedebat relicto patre ⁊ matre et fratribꝰ. aut. cessante. loquitꝰ quādo decedebat patre ⁊ matre relictis fratribus vtrinꝗ cōiunctis vel eoꝝ filijs. Sed aliquando decedit relictis fratribus vtrinꝗ cōiunctis ⁊ relictis alijs ex latere patris tantū q dicūtur cōsanguinei vel germani. Iteꝫ vlterius: ⁊ iste casus non erat clare decisus ꝑ illas aut. sed deciditur per istam qd est fratres vterini cōiuncti preferantur in omnibus bonis ⁊ alios excludunt: sed si illi nō extarent alij pariter succederent. Sed in bonis aduentitijs que defunctus habebat a patre ꝑferuntur fratres ex latere matris tantum: ⁊ in his que a matre preferantur vterini. Quidā dixerunt ꝙ non: quia illam differentiam non facit ille tex. nec in corpore vnde sumitur: sed simpliciter dicit eos pariter admittendos. Glo. tamē tenet contrariū: vt illa aut. debeat intelligi ⁊ limitari ꝭm veteres. ll. scꝫ de emancipatione. §. de legi. heredatis eī operatꝰ: q2 decidit eos pariter vocādos vt restringatur ad bona ꝑ ipsum defunctum quesita sed in alijs seruetur illa. l. qñ autem sunt vtrinꝗ coniuncti nō est locus dispositio

2 ni illius. l. q2 illi preferuntur in oībus. †Ego aūt habui talem casum de facto. Statutū dicit ꝙ frater ex latere patris tantuꝫ ꝑferatur fratri vterino: ⁊ ipsum excludat: queritur si frater defunctus habeat bona quesita a iure cōi inter ipsum ⁊ vterinū an in illis frater ex latere patris preferetur vterino. ⁊ videtur ꝙ sic. nam tunc est locus distinctioni quam. §. dixi quando frater consanguineus vel vterinus simul in successione cōcurrūt vt primus cū parte capiat bona paterna. Secūdus vo bona materna: ⁊ etiam pariter diuidantur sicut videmus in ꝑlegatis factis singulis heredibus: vt in. l. ex facto. ff. de here. instit. Sed in casu nostro. ꝑpter statutū vterinus non concurrit cuꝫ cōsanguineo sed ab eo excluditur: vnde nō potest dici ꝙ ante partem capiat bona materna: quia non debet ea capere nisi vt heres. ⁊ hoc etiam videmus per istam aut. q2 non extat frater vtrinꝗ coniunctus: quia ꝑfertur alijs non possunt alij dicere nolumus partem de bonis paternis vel maternis. In contrarium q2 resultat magna iniquitas: ⁊ sufficit ꝙ statutū ꝑferat fratrem cōsanguineis: vt ipse solus succedat in bonis aliunde quesitis. ⁊ hanc iniuriam faciet frater vterinus. Et his terminis contentum debet esse statutum absꝗ eo ꝙ extendat vires ad bona materna. vnde debet restringi cum sit correctiuum iuris cōis ad bona aliūde quesita: ⁊ ꝙ in maternis remaneat dispositio iuris cōis: ⁊ sic dupliciter isti succedētꝰ. s. ex forma statuti in bonis aliūde quesitis: ⁊ de iure cōmuni in bonis habitis a matre: nec est hoc inconueniens: q2 ille censetur habere diuersa patrimonia sicut ⁊ miles. l. j. ⁊. ij. de testa. mili. propter dispositionem. l. ⁊ emācipationem. §. de legi. here. ꝑ alia parte consului tanꝗ equiori. Nec obst. illa aut. q2 frater vtrinꝗ coniunctus participat de vtraꝗ coniunctione. ⁊ non est absurdum ꝙ ipse solus habeat bona materna propter duplicem cōiunctionem qd non est in casu predicto in fratre cōsanguineo qui non est participat de coniunctione matris.

¶ De bonis maternis — Rubrica.

¶ De ista materia dic vt plene in glo. ipsius rubrice.

2 ☞ Pater est legitimus administrator eo casu quo hꝫ vsumfructum.

Plures casus in quibus pater nō habet vsumfructum in bonis maternis.

Pater au

---

a ¶ Nō possunt capi ꝑ represalijs. Adde gl. i. l. ij. in §. legatis. ff. d iudicijs.

b ¶ Donatio alicui imagini. adde gl. ⁊ doc. in. l. statue. ff. de vsufru. Ang. in. l. in reꝫ. §. itē quecūꝗ. ff. de rei ven. Ang. in aut. sitr. C. ad le. falci. Abb. in rubrica. de parochijs. Abb. in. c. dilectis. de offic. ord. Abb. i. c. q̄m. de deci. Abb. i. c. pastoralis. d his q̄ fiūt a ꝑla. Anto. de but. i cle. ꝑ literas. de ꝑben. Ang. in disputatione. inci. in refulgenti delitiarum palatio.

c ¶ Filiusfamilias in aduētitijs. adde an talis possit testari de aduētitijs. vide in. l. nemo. ⁊ ibi doct. C. qui testa. fa. pos. et ibi cōcluditur ꝙ nō. Et qd si talis esset clericus: an pōt testari de aduētitijs. dic ꝙ sic etiā sine cōsensu patris: vt in. l. de sacrosan. ⁊ in aut. presbyteros. C. de epis. ⁊ cle. et in. c. q2 nos. de testa. gl. in. c. q2 ingredientibꝰ. ⁊ ix. q. iij. Inn. ⁊ doc. in rub. de pecu. cle. ⁊ Spe. tit. de actore. in. §. j. versed cū clericorū.

Pater an possit cōstituere procuratorē in causa filij.
3 Cautela pro illo qui emit a patre ⁊ dubitat ne res sit filij.
4 Statutū q nulla prescriptio possit opponi debet restringi ad prescriptionē minoris tēporis .xxx. annorum.
5 Statutū q si aliquis possederit rem bona fide per .xx. annos intelligatur esse dñs ⁊ nō possit sibi lis moueri q intelligat qd nō possit lis moueri per illos qui intra illos .xx. annos potuerunt mouere ⁊ nō mouerunt.
6 Quando pater vendit rem filij pōt filius post eius mortem rescindere venditionē ⁊ rem suā vendicare.
Quid si est heres patris.

1 Res que. †In bonis maternis filio cōpetit ꝓprietas patri vsusfructus cum plena administratione excepta alienatione. h. d. Barto. ⁊ hoc quando filius erat in ptāte: al's dic vt. j. eo. l. si viua matre. ⁊ fuit hoc inuentum ⁊ introductum per Constantinum autorem huius. l. sed ante hanc. l. quecūqz bona acquirebantur filio patri querebātur pleno iure. l. placet. de acqui. heredi. cum seq. Fuerunt autem quidam glossatores qui tenuerunt q etiā ante hanc. l. fuerat hoc introductum in bonis maternis per. l. filio. ff. de inoffi. testa. Contrarium tenet glo. ⁊ melius in. l. is qui putat. de acqui. here. de hoc per Cy. ⁊ alios in l. j. §. qui admit. ad bono. pos. Fuit autem ratio motiua imperatoris: q2 ante. l. istaz si pater habebat filios ex prima vxore ⁊ postea ex secunda. ⁊ istis delata erat successio matris ⁊ adibāt iussu patris cum acquireretur patri pleno iure eo patre mortuo talia bona erant cōmunia inter ipsos: ⁊ primos filios qui nullam cōiunctionem habuerunt cum vxore. Secūda qd erat filijs illius vxoris valde graue vt bona matris sue cōmunicarent cū fratribus alterius vxoris: vt. j. tit. j. cum oportet. post
2 prin. ibi: ⁊ filij vero lugebunt ⁊c. †Item inquātum dicit q pater est legitimus administrator. Istud est verū eo casu quo habet vsumfru. al's secus. vt not. per glos. in aut. excipitur. j. titu. j. vbi etiam gl. ponit plures casus in quibus pater non habet vsumfructum in bonis maternis. ¶ In gloss. ij. ibi: lite contestata. docto. tenent q imo pater potest constituere ꝓcuratorem in causa filij etiam ante litem contesta. per hunc tex. dum dicit q potest poscere id est petere per se vel procuratorem: sed petere nō dicitur nisi litem contestetur: vt. l. amplius nō petirem ra. habe. ergo potest cōstituere procuratorem ad litem cōtestandum. Nec obst. l. neqz. quia ibi loquitur in tutore qui nō habet tantum ius quātum pater: licet enim sit legitimus administrator tamen est nudus administrator q2 nullum cōmodum habet de bonis pupilli: sed pater habet vsumfru. sicut videmus in episcopo ⁊ alijs prelatis qui faciunt fructus suos: ⁊ possunt cōstituere ꝓcuratorem ante litem cōtest. sicut si essent domini: vt in. c. petitio. de ꝓcu. cum multis alijs. Dicit tamen Inno. in. c. accedens. eo. tit. q si filius est maior infante debet pater adhibere consensum eius. doctores nostri videntur hic tenere contrarium q solus pater possit sicut si esset dominus vt hic dicitur. ¶ In alia glo. que incipit ergo. in fi. ibi: sz quocunqz modo fiat: dic hoc verū quando filius est maior infante ⁊ presens: al's in persona propria patris. l. j. §. sufficit. de admini. tuto. ⁊. j. titu. j. cū non solum. §. vbi autē in vnum. ¶ In gl. seq. in fi. ibi. §. est enim absurdum. dic q regula illa locū habet
1 in illis qui agunt noīe suo: quia si non possunt alienare noīe suo nec rem in iudicio deducere nō autem in his que nomine alieno: vt pater ⁊ tutor qui non possunt alienare: ⁊ tñ possunt
3 rem in iudicio deducere: vt hic. ¶ †In gl. seq. ibi: docent enim mentiri. dic q certe non est verum. Non enim vult dicere ille tex. q cum pater vendit rem filij debeat false docere ⁊ ostendere q res sit sua: licet glo. videatur ita intelligere: sed vult dicere q caueat pater qualiter vēdat rem filij: quia filius poterit euincere ab emptore: ⁊ emptor aget de euictione: ⁊ condemnabitur pater si non docet q res erat sua ⁊ nō filij. hic autem docere non potest si veritas est in contrarium. caueat ergo ad vēdendum. ¶ In seq. glo. que incipit etiam ibi in limine contractus. Tu melius declara q quando quis emit a patre rē quā ipse emptor dubitat esse filij potest dicere nolo emere nisi des mihi fideiussores de euictione. hoc casu non procedit glo. Si autem emit non receptis fideiussoribus tūc aut anteq̄ soluat precium filius mouet sibi litem vel controuersiam: ⁊ tunc nō tenetur soluere precium patri nisi det fideiusso. quia dicit imminere euictio in limine contractus: et ita debet intelligi ista glo. Interdum soluit precium ⁊ postea ad notitiam eius peruenit q erat filij: ⁊ tunc nō tenetur pater dare fideiussores de iure cōmuni. l. illud. ff. de euic. ⁊ iputet sibi emptor cur sibi nō ꝓuiderit: sed debet expectare q res euincatur ⁊ anteq̄ fuerit euicta et ablata agere non potest. l. habere licere. ff. de euictio.

4 ¶ †In glo. seq. not. cum glo. iuncto tex. dum dicit nullam poterat prescriptionem ⁊c. si statutum dicat q nulla possit opponi prescriptio debet restringi ad prescriptionem minoris temporis .xxx. annorum: qd perpetuo tene menti. ⁊ est text. cum glo. in vsi. feu. in titu. de. l. conradi. §. ꝑterea. ⁊ de probi. alie. ꝑ
5 Fede. post princi. ¶ Not. scdo glo. ad statutum huius ciuitatis quo cauetur q si aliquis possederit rem bona fide p. .xx. annos. intelligatur esse dominus ⁊ non possit sibi lis moueri: vt istud statutum intelligatur quod nō possit lis moueri per illos qui intra illos .xx. annos potuerunt mouere ⁊ non mouerunt. Et satis operatur statutū: quia etiam sine titulo possessor prescribit per .xx. ann. quod nō est de iure cōmuni. l. nullo modo. §. de rei vendi. Sed contra illos qui non potuerūt agere tempus statutarium non currit: ⁊ ita pluries cōsului in ciuitate ista: licet quidā ignorantes ⁊ adherentes litere sicut iudei sine discretione: ⁊ ratione sint in cōtraria opi. sed quod pe
6 ius est inductū contra illos qui agere nō potuerunt. ¶ †Ultimo not. hic in fi. l. quod quando pater vendit rem filij potest filius post eius mortem rescindere venditionem: ⁊ rem suam vendicare: quod est verum si non est heres patris: sed si est heres dic vt plene not. in l. cum a matre. §. de rei vendica. ⁊ de iure delibe. l. fi. §. in computatione. in gl. magna. ver. item quid si defunctus.

2 ¶ Non valenti agere de iure nulla prescriptio currit: ⁊ quid si nō valeat agere de facto.
3 Ex prescriptione longissimi tēporis an ⁊ quando prescribens acquirat dominium.

1 Nisi tricennale. †Durāte patria potesta. nulla ꝑscriptio currit contra filium in re sua alienata per patrem: quia non potest agere cum exercitium actionis cōpetat patri ratione vsusfruc. ⁊ legitime administrationis: vt in. l. C. et non valenti agere de iure nulla prescriptio currit: in
2 l. j. in fi. j. de anna. excep. ⁊. §. de iure dotiū. l. in rebus. in fi. † licet non valenti agere de facto currit sed restituatur: vt in. l. et attilicinus. ff. de ser. vrb. predio. ⁊ plene per Cyn. in. l. quoties. §. de preci. impera. offe. Postq̄ vero exiuit patriam potesta. ꝑ mortem patris sine emancipatione incipit sibi currere prescriptio non longi tpis: q2 illa requirit titu. verum ⁊ validum seu saltem putatiuum iusto errore interueniēte: al's nō currit: vt in. l. nullo modo. §. de rei vēdi. ⁊ hic tit. collationis a patre nō valet: q2 cōtra prohibitionē. l. C. ⁊ sic est ipso iure nullus: vt in l. queadmodū. j. de agri. ⁊ censi. vnde non potest causare ꝑscriptionem longi tpis nisi interueniret iustus error facti: sz bene incipit currere prescriptio longissimi tpis .xxx. ann. que nō requirit titu. Et. h. d. ista aut. Et vide quod no. glo. in simili pro
3 his que dixi in. d. §. preterea. de. l. conradi. de vsi. feu. †Itē ex illa aut. not. q ex ꝑscriptione longissimi tēporis acquirit prescribens dominium quod est veruz quādo erat bone fidei: al's solum exceptionē de iure ciuili: vt. j. de prescri. .xxx. anno. si qs emp. §. sed si quis eam. sz per prescrip. longi. temp. acquiritur dominiū vtile: per vsucapionē vero directum fm doc. ita concludunt super glo. que est hic. prescriptio autem longissimi tēpo. currit etiam cōtra minores excepta pupillari etate: vt hic patet in. l. sicut. de prescrip. .xxx. ann. sed prescriptio lōgi tēpo. hodie nō currit contra minores: vt in. l. fi. §. in quibus cau. resti. in integ. non est neces. ¶ In gl. ibi: ⁊ publicianam actionē: imo vtilem in rem ⁊c. Dic q hec secunda verior: q2 publiciana datur ante cōpletam prescriptionē: post vero cōpletam cessat publiciana: ⁊ datur vtilis in rem: vt. l. nō tantū. §. qd si ꝑ emptore. ff. de peti. here. ⁊c.

1 Quicquid. †Que supra dicta sunt in. l. j. de bo. mater. locum habent in bonis materni generis. h. d. ⁊ nihil aliud. ⁊ supplet. l. prece. que nō extendebaꝭ ad bona relicta nepoti ab auo materno vel auia: q2 est iuris veteris correctiua qd volebat etiā acquiri filio vel alij in potestate patri vel auo: ergo ⁊c. vt. l. si vero. §. de viro. solu. matri.

2 ¶ Maritus anvtitur ⁊ fruitur bonis vxoris etiā paraphernalibus.
3 Quomodo pater emancipans filiuz possit sibi retinere dimidiam partem vsusfructus bonorum acquisitorum tēpore quo erat in potestate ⁊ q aliam dimidiam perdat nisi per pactuz eam sibi reseruet.
4 Per disparitatem filiorum qualiter resultent diuersa iura et dispar institutio.
5 Premiū emancipationis debetur patri emancipati.
Donatio quā faceret filius patri tempore emancipatiōis: an requirat insinuationem.
6 Nepotes nō debent esse melioris cōditionis quā filij.

In regno an filius secundo genitus excludat filium primoge-
niti.
7 Per emancipationẽ videtur quis cõsequi liberationẽ.
1 SI viua matre. ¶†In bonis mater-
nis delatis filijs eman
cipatis pater habet virilem vsumfru. in p̄miũ emã-
cipatiõis. Et idem in nepotibus ꝛ pronepotibus.
hoc dicit. Et est singularis ẜm Bart. regulariter autem in bo
nis delatis filio emancipato post emancipationẽ pater nõ ha
bet vsumfru. nec est legitimus administrator: vt. ĩ. tit. j. l. j. ver.
nõ emãcipato. Fallit in bonis ꝓueniẽtibus a matre: vt in hac
l. in quibus habet virilem vsumfru. vna cũ liberis propter ra-
tionem que ponitur hic in glo. q꞉ cum dixit mater fuit vna ca
ro cũ patre eius viro: ꝛ fruebatur bonis etiã nõ solũ dotalib⁹
sed etiã paraphernalibus. Ita vult ergo hec lex que in memo
riam bene transacti matrimonij ista cõcedit sibi virilẽ vsumfr.
ne videns mortem vxoris lugeat videns se priuatũ tam perso
na eius q̃ bonis: sic ergo in bonis delatis ab auo vel auia ma
terna in quibus cessat ista ratio nõ haberet locum ista. ꝛ mul-
tominus in delatis ab alio extraneo. Et hoc vult glo. j. hic po
2 sita que non reprobatur in. d. l. j. ĩ. titu. j. †Item etiã no. ꝙ ma-
ritus vtitur ꝛ fruitur bonis vxoris etiã paraphernalibus: q꞉
glo. indistincte loquitur; sed alia glo. que est. s̃. de iure do. in. l.
vbi adhuc. que incipit: si ergo videtur dicere contrariũ ꝙ fru-
ctus bonoꝝ paraphernaliũ non deseruiunt viro: ꝛ ideo solum
modo posset vxor vel eius heredes repetere a viro vel eius he
redibus fructus quos percepit ex dictis bonis: sed in contra-
rium facit. l. fi. s̃. de pac. cõuẽ. Breuiter istã. q. tangit Richar.
malum. ꝛ de ipsa vide in. l. maritus. per Bart. ꝛ. ff. ad legẽ fal.
iuxta fi. titu. qui distinguit ẜm Richar. ma. aut percepit cõtra
voluntatem mulieris expressam. ꝛ possunt ab eo vel eius here
dibus repeti. Aut ẜm expressam vel tacitam que presumitur
esse si patiatur maritum percipere fructus: ꝛ tunc si extant ve-
niunt restituendi. Idem videtur si sunt cõsumpti: ꝛ effect⁹ est
locupletior. Item aut sunt fructus naturales ꝛ idẽ: aut indu-
striales; ꝛ nõ veniunt restituẽdi sicut nec percepti a bone fidei
possessore. Et ita etiam consuluit Bar. ꝛ Bal. hic aliqualiter
3 tangit. ¶†Sed quero quomodo pater emancipans filiũ po-
test sibi retinere dimidiam partem vsusfructus bonorũ acqui
sitorum tẽpore quo erat in potestate: vt. ĩ. ti. j. l. cũ oportet. §. cũ
autem. aliam vero dimidiam perdit nisi per pactum eam sibi
reseruet: sed cũ possit per pactũ sibi reseruare vsumfructũ bo-
norum acquirendoꝝ post emancipationẽ. vide in addi. Spec.
in tit. de natis ex li. ven. circa fi. ¶In tex. ibi tribunus portio
nem tanq̃ heredi sue vxoris vna cum filijs eius: vt sentit gl. s̃.
titu. j. l. affinitatis. ꝛ etiam hic. ꝛ sic no. per nouam successionẽ
põt succedere: vt heres in vsufru. Item casum in quo maritus
succedit vxori vna cũ filijs ipsius vxoris. Adde aut̃. preterea.
4 s̃. vnde vir ꝛ vxor. ¶†In tex. ibi disparivtetur ꝛc. Not. per di-
sparitatem filiorũ diuersa iura: ꝛ dispariter institui. ¶Et est
ar. ẜm Bal. si statutũ dicat ꝙ extante masculo, filia dotata nõ
succedit patri: ꝛ superest vna dotata altera nõ dotata ſʒ prima
succedat: sed secunda succedat vna cum masculo: q꞉ disparitas
earum hoc suadet; licet prima facie videbatur iniquum pro-
pter inuidiam que oriri posset inter eas: vt. l. cuʒ pater. §. euic.
de lega. ij. ꝛ sic potius videtur ꝙ propter non dotatam ꝛ dota
ta succedat. arg. in. l. si cõmunem. quẽadmo. serui. amit. sed cõ-
tra est ẜm Bar. ¶In text. ibi: ꝛ premium delate emancipatio
nis cũ volebat accipiet loquit̃ de premio de quo. ĩ. titu. j. l. cum
oportet. §. cũ autem. quia si emancipauit retinebat dimidiam
5 vsusfructus. ¶†Et not. hic ꝙ premium emãcipationis debe-
tur patri emancipati: q꞉ hic confert beneficiũ in filium existen
tem sui iuris. Et ideo donatio quã faceret filius patri tẽpore
emancipationis nõ requireret insinuationem: quia fit ꝓpter
merita: vt in. l. aquilius regulus. ꝛ. l. si pater. ff. de dona. qȯ est
verum ẜm Bal. quãdo incõtinenti post emancipationem vel
in ipsa emãcipatione donat. Si vero dudum ex interuallo do
nat nõ videtur donare in premiũ emancipationis. ꝛ sic requi
reret insinuationẽ. ꝛ multo magis q̃ facta extraneo. p. l. dari.
j. de dona. Ecõtra vero donatio quam pater faceret filio tem-
pore emãcipationis. licet vulgariter dicatur fieri in premium
emancipationis. ista est impropria locutio: q꞉ non meret̃ pre-
mium cũ ipse nil conferat patri; sed pater sibi. ideo reputatur
potius simplex donatio q̃ facta ob causaʒ meritorum. merito
requirit insinuationem ẜm Bal. qui ita not. in. l. vt liberis. in
6 fi. s̃. de colla. ¶†Ultimo docto. no. istum tex. ĩ. dum dicit dete
riores esse nepotibus filij non sinantur. i. qȯ nepotes nõ debẽt
esse melioris cõditionis q̃ filij. vnde Cy. inducit ad questionẽ
a de secundogenito [a] vt non excludatur in regno a filio primoge
7 niti: quia sic esset deterioris conditionis q̃ nepos. ¶†Nota

a ¶De secundoge
nito. adde ȯ hac
q. ꝛ vide eundeʒ
Pau. de ca. ꝛ ibi
Alex. ĩ. l. is põt.
ff. de acq. here. et
eundẽ Alexã. in
ↄsi. iiij. col. iij. ṽ.
p̃terea. in. iiij. vo
lu. Cur.
b ¶Nullatenus.
Adde qd impor
tat hoc verbum
nullatenus. vide
no. ĩ. l. si qua mu-
lier. C. ad vellei.
Card. ʒaba. in. c.
sup lr̃is. in. xiiij.
not. de rescri.

etiam dum dicit libertatem vel emancipationẽ quis videtur
consequi liberationem. Et adde quod not. in. l. j. de offi. preto.
ꝛ glo. super rubrica.
2 ☞Qui non nubit secũdo censetur in primo matrimonio re
manere licet dissoluto.
Mulier vidua an sit alenda de bonis mariti sui.
3 Si mulier repetat dotem an poterit etiam vsuras petere: sicut
econuerso posset maritus passus morã ab vxore petere.

OMnem ambiguitatis.
1 ¶†Per transitum ad secunda vota nõ perdit pa-
ter vsumfructum quem habet in bonis filij. h. d. p
istam. l. dicit Bal. patrem non perdere lucrum qȯ habuit ab
vxore: licet transeat ad scda vota. Certe verũ est tamẽ tenetur
seruare post mortẽ suam liberis ex prima vxore. l. generaliter.
2 de secun. nup. ¶†Not. etiã dum dicit siue in priore matrimo-
nio ꝛc. ꝙ qui nõ nubit scdo censetur in primo matrimonio li
cet dissoluto remanere. per. h. d. Richar. malum. ꝙ vidua mu-
lier est alenda de bonis mariti sui sicut esset durante matrimo
nio: vt hic refert Cy. qȯ Bal. dicit ꝛ bene hoc verũ si nõ habet
dotem nec alia bona vnde se alimentet. sed si habet dotem est
alenda infra annũ: postea ṽo repetat dotem vt de ipsa se alat.
3 †Et si hoc nõ facit sibi imputet: nec potest petere vsuras licet
econuerso maritus passus moram ab vxore possit vsuram pe-
tere: q꞉ sustinet onus matrimonij: vt not. per Barto. in. l. in-
sulam. §. vsura. ff. solu. matri. ꝛ. s̃. de rei vxo. act. §. exactio. ꝛ vi-
de Bar. in. l. diuortio. in prin. ff. solu. ma. ꝛ si cõtrarium dicere
mus dictũ Richar. esset verũ. de ven. in pos. mitten. videt̃ tñ
ꝙ si fructus nõ sufficiunt possit habere locũ dictũ Richar. qȯ
ꝑpetuo tene menti. Et adde qȯ no. in. l. filij. §. vidua. ff. ad mu
ni. ꝛ in. l. quoties. de priui. scho.

¶De bonis que liberis Rubrica.

2 ☞In bonis quesitis per emãcipatũ post emãcipationẽ pa-
ter non habet vsumfructũ ꝛ hoc fallit in bonis maternis.
3 Licet vxor transeat in potestatẽ viri quo ad obsequia matri-
monialia: nõ tñ exijt de patria potestate quo ad iura ipsi⁹ po-
testatis: ꝛ an quicquid acquirat̃ per ipsam filiam maritatam
acquiratur patri quo ad vsumfru.
4 Ubicunq̃ aliquid inducitur ad similitudinẽ alterius intelli-
gitur cum omnibus qualitatibus illius ad cuius similitudi-
nem inducitur.
1 CUm venerande. ¶†Sicut ȯ
bõis mater
nis acquisitis p filium vel filiam in potestate
proprietas pertinet ad eos ꝛ ad patrẽ vsusfru
ctus. Ita ꝛ in bonis acquisitis a coniuge. hoc
dicit ista. l. Et sic paulatim ista materia fuit
extensa ꝛ postremo. l. cum oportet. ĩ. eo. extenditur ad omnia
quesita per filios p̃terq̃ in rebus paternis: puta ex industria
2 vel fortuna. ¶†In text. ibi: non emancipato. ꝛ not. pro eo qȯ
no. glo. ꝛ etiam dixi in. l. si viua matre. s̃. ti. j. qȯ in bonis que-
sitis per emancipatum post emancipationem pater nõ habet
3 vsumfru. fallit in bonis maternis: vt in illa lege. ¶†In text.
ibi: licet in potestate. no. qȯ licet vxor trãseat in potestatem vi
ri quo ad obseqa matrimonialia nõ ꝓpterea exijt de patria
potestate quo ad iura ipsius potestatis: ideo quicquid acqui
reretur ipsi filie maritate: vndecunq̃ pater habebit vsumfru-
ctum: ac si non esset maritata. ita not. in. l. ij. s̃. de condi. inser.
4 ¶†In tex. ibi nullatenus [b] acquiratur not. generale verbum:
b ꝛ tamen restringitur scilicet respectu ꝓprietatis nõ respectu
vsusfructus: quia per hanc. l. fit equiparatio de istis bonis ad
bona materna vel materni generis. vnde not. qȯ vbicũq̃ ali-
quid inducitur ad similitudinem alterius intelligitur cũ om
nibus qualitatibus illius ad cuius similitudinem inducitur.
arg. l. j. §. fi. cum. l. seq. ff. si fa. fur. fe. dica. ꝛ qȯ ibi tangit Bart.
2 ☞Dos data patre an soluto matrimonio debeat redire ad
patrem an remanere apud liberos.
3 Licet pater dando dotem ꝛ donationem propter nuptias di-
catur exsoluere debitum naturale ad quod poterat compelli
iudicis officio tamen dicitur exercere munificentiam ꝛ libera
litatem.
1 COnstitutionis. ¶†Lex ista prone-
nit ad tollẽdũ vnuʒ
dubium qñ poterat fieri ad decisionem. l. preceden-
tis. nam si illa que filia mea nupta lucratur vel ac-
quirit a marito vel filius meus vxoratus acquirit vel lucratur
ab vxore: remanet apud eos ꝛ mihi nõ acquiruntur. Dicebãt
quidam quod multomagis bona que per me conferuntur in
dotem vel

dotem vel donationem propter nuptias soluto matri.debent remanere penes ipsos liberos τ non redire ad me quonia ego tenebar illam dotem et donationem eis conferre.vnde postq̃ sunt facti capaces acquisitionis τ retentionis per.l.preceden tem.videbatur q ista conferuntur eis vt debita penes eos re manent vel eorum heredes multomagis q̃ illa que a sua con iuge lucrati sunt ex mera voluntate illius.Hoc dubium tollit imperator per hãc.l.quia si hoc esset parentes retraherentur a munificẽtia erga filios τ darent minores dotes vel donatio nes si non sperarent ad se redire τ aliquando non darẽt:ideo vult iura vetera seruari.vt solu.matri.redeant ad eos qui de derunt qđ est intelligendum quãdo soluitur diuortio qđ iure isto fieri poterat:vel quando soluitur morte generi mei vel nu rus:q2 redit ad me cu3 onere dandi in secun.matri.vt,in aut.
2 q̃uis.§.de rei vxo.actio.†Si vero dissoluitur morte filii mei vel filie mee tunc si decesserunt sine liberis adhuc ide3 est si ve ro cum liberis incidimus in questioné arduam an debeat ad me redire:an remanere penes liberos.de quo i.l.dos a patre. ff.solu.matri.Cõmuniter tenent doct.qđ de iure debet ad me redire:sed de cõsuetudine remanet apud liberos qđ examina plene per Barto.in.l.post dotem.solu.matri.Procedit auté ista consuetudo si pater non fuerit stipulatus sibi doté reddi et sic petit ex tacita stipulatione:vt.§.de rei vxo.actio.p totũ. Si vero expresse fuit stipulatus inspicitur tenor stipulatiõis τ si fuit stipulatus etiã in casu in quo remaneant liberi cessat ɔsuetudo cui poterũt renunciare.Si vero simpliciter nõ cen seretur renũciatum:sed censeretur facta stipulatio in casu do tis restituende.de consuetudine vel de iure:sed hoc casu de cõ suetudine non debet restitui.Plus dicit Bald.multum nota biliter quod etiam si fuisset stipulatus restituere non in casu dotis restituende de iure cõmuni non facta mentione de con suetudine adhuc seruaretur cõsuetudo:q2 illa tendit ad decla rationem dubii qđ erat inter glo.de iure communi.τ ideo cõ suetudo interpretans debet reputari etiam vnum τ idem cũ l.interpretata.vnde dici potest q de iure communi intepreta tio per consuetudinem nõ venit restituenda.Et licet subtili ter loquatur:q2 cõis opi.doct.est q de iure communi sit resti tuenda.τ sic illa consuetudo non interpretatur ius commune sed disposuit contra ipsum ius commune:vt patet ex not.per Bart.in.d.l.post dotem.tenendum esset contrarium eius qđ dicit Bald.qđ veniret restituenda non obstante consuetudi ne q2 partes restrinxerunt se ad dispositionem iuris cõmunis
3 tene menti:quia quotidiana sunt.¶†No.tex.ibi munificẽtia q l3 pater dãdo dotem τ donationẽ propter nuptias dicatur exsoluere debitum naturale ad qđ poterat cõpelli in dicto offi cio:vt in.l.qui liberos.de ritu nup.attamen dicuntur exerce re muni.τ liberali.vt hic.τ in.l.fi.§.de do.promis.in ver.τ libe ralitas.τ filia dicitur recipere ex donatione:vt in.l.fi.§.a soce ro.ff.que in frau.credi.nõ tamen est proprie liberalitas vel do natio cum fiat necessitate cogente:vt in.l.donare.ff.de dona.iõ nõ requirit insinuationẽ nec dicitur tit.lucratiu9:sed nec one rosus quo ad ipsu3 filium recipientem:vt.j.de impo.lucra.de scrip.l.j.post prin.

1 Quod scitis.¶†Lex ista h3 duos casus. primus qui ponitur ibi.sin autem nepos.τ loquiť qñ filius meus fuit lucratus ab vxore sua dotem vel filia mea que fuit lucrata a marito suo donationem propter nup.τ si ꝓprietas est eis acq sita mihi vero vsusfructus decesserunt relicto nepote ex eis τ etiã me relicto.Et queritur quis succedet eis in ista ꝓprietate an ego ratione patrie potestatis:an nepos tanq̃ heres:τ cla rum est q olim etiã in illis bonis que pleno iure acquirebanť eis quo ad ꝓprietaté τ vsumfru.vt castrensia vel quasi vt ego debeam preferri nepoti:q2 non poterat habere heredé abin te stato:τ ego iure patrie potestatis occupabam oĩa iura peculii per.l.fi.ff.de castren.pecu.sed per hanc.l.statuitur contrarium quia hodie non solum in castrensi vel quasi sed in aduentitiis filius vel filiafam.potest habere heredem abintestato:vt.§.cõ munia de suc.l.fi.τ ad tertul.l.fin.Et ideo q2 in causa successio nis hereditarie descẽdentes preferuntur ascendentibus etia3 de iure veteri prefertur ille nepos τ ad ipsum ptinebit illa pro prietas:mihi vero remanebit vsusfru.sicut prius qui non extin guitur per mortem filiorũ:vt in.d.l.fi.ad tertul.¶Sed queri tur si ille erat nepos ex filio:τ sic in mea potestate an illã pro prietatem acquirat.τ respondetur qđ non:sed ibi remanebit sicut viuente filio remanebat apud eum.Quid autem si decesse rint sine filiis hic nihil dicitur:sed hoc declaratur per.l.seq.q2 si relinquant fratres vtrinq̃ coniunctos illi preferuntur aliis fratribus:τ etiam mihi in illa proprietate τ ipsi soli succedunt si tales non habent:sed ex altero latere tantum illi succedunt adhuc me excluso.Ultimo loco si nõ reliquit filios nec fratres illa proprietas peruenit ad me iure hereditario:τ sic cõsolida tur proprietas cũ vsufructu:τ hoc in effectu dicit.l.seq.que cõ cernit primũ casum huius.l.sed corrigitur p auť.defuncto.ad tertul.hodie pater cõcurrit cũ fratribus vtrinq̃ cõiũctis τ si sunt ex altero latere tñ eis pfertur.¶In tex.ibi:nec pronepo tes.dic q iste ver.non potest referri nisi ad nepotes ex filio qui sunt in potestate aui nepotes vero ex filia secus vnde nõ est du bium q per illos nõ potest mihi acquiri proprietas.
2 ¶In dote q nõ valeat pactũ vt maritus eam lucreť soluto matrimonio p eius morté superstite vxore sed d3 ad eam redi re:τ quid in donatione propter nuptias.
3 Si aliquis moritur sine descendetibus relicto auo paterno et materno in quesitis ex latere materno pfertur auus matern9 τ in quesitis a paterno profertur paternus.

2 script. longi temporis. hoc dicit in effectu. †Due ergo sunt rationes quare petitio hereditatis non tollatur longo tempore. Prima quia est mixta. et sic sapit naturam personalium actionum que non tolluntur nisi spacio longissimi temporis. vt. l. sicut. §. de constit. pec. et §. l. pri. que loquitur etiam de mixtis. Alia ratio est: quia non datur contra titulo possidentem sed solum quando possidet pro herede vel pro possessore quia putat se heredem cum non sit vel non assignat causam quare possidet. Sed prescriptio longi temporis non currit vbi non est titu. vt. l. nullo. §. de rei ven. et §. ti. pri. l. diutina. Sed rei vendicatio bene datur contra possidentem titulo et est mere realis et sic cessant dicte rationes. Gl. autem finalis quesiuit quare petitio hereditatis non datur contra tit. possidentem sed rei vendicatio sic et assignat vnam rationem quam doctores reprobant. et ideo dic per Cy. plenius. §. de peti. heredi. l. cogi. in. iiij. q. vbi multas rationes et verba effundit. Finaliter ista est ratio: quia qui agit petitione hereditatis non asserit rem esse suam nec etiam fuisset testatoris: licet possit asserere: sed sufficit quod dicat ipsam fuisse tentam et possessam tempore sue mortis. et sic fuit reperta in hereditate licet non esset hereditaria quantum ad hoc vt possit vincere: vt in l. non tantum. de peti. her. Sed ille qui allegat ti. dicit se dominum vel quasi. et si allegat potentius ius quam actor: ideo fundamentum eius nocet: et excludit fundamentum actoris. Sed ille qui agit rei ven. asserit se dominum. et sic reus allegans titu. non allegat potentius fundamentum quam actor. Ratio autem quam assignat gl. non est bona: quia non expedit quod reus contradicat actori vel resistat nisi in hoc vt non teneatur reddere. Nam et qui tenet vt commodatarius vel depositarius non resistit agenti rei vendi. quia non asserit se dominum: licet agens asserat: et tamen potest conueniri rei vendi. vt
3 l. officium. de rei vendi. †Sed queritur in gl. in ver. in casu tamen certum est quod petitio hereditatis datur contra illum qui possidet pro herede sed ille titu. pro herede est verus titu. et sufficiens ad prescribendum. vt. §. et. §. pro herede quomodo ergo potest dari contra eum petitio hereditatis si non datur contra titulo possidentem. Respondeo. ti. pro herede loquitur in eo qui est verus heres vel si est putatiuus habet iustum errorem credendi se esse sed istud quod petitio hereditatis detur contra illum qui possidet pro herede loquitur quando non est verus heres: sed putat se heredem: et non habet causam putandi: ideo non excludit petitionem hereditatis. Et hoc presupposito queritur in gloss. quid si habebat iustam causam credendi se esse heredem vt quia ostendebat testamentum publicum in quo factus erat heres: nec apparebat aliud ipsum reuocans vtrum detur contra eum petitio hereditatis: et vtrum tollatur longo tempore. glo. tenet quod non detur: et quod tollitur longo tempore. et sic iste titu. putatiuus non solum sufficit ad prescribendum contra tertium: vt l. solum. quod vulgo. ff. pro emp. sed etiam ad prescribendum contra verum heredem et ipsas res hereditarias. vt in hac gl. Sali. dicit quod non comprehendit qualiter hoc possit esse nisi verus heres perdiderit ti. Certe pro gl. videtur tex. in. l. j. ff. quorum bo. In contrarium videtur casus in. l. cum solus. ff. de vsuca. Breuiter videtur debere dici et distingui prout habetur in. d. l. cum sol. quod aut verus heres incipit primo possidere res illas: et tunc iste putatiuus heres non possit eas prescribere: quia habet tit. ab vno scilicet a defuncto: et possessionem ab altero scilicet a vero herede. Aut non incipit primo possidere: et tunc habeat locum ista gl. vt licet iste ti. non excludat petitionem hereditatis. et sic quantum ad hoc non habetur pro ti. iuxta no. per Cy. in. l. cogi. i. ij. q. in fi. quantum tamen ad prescribendum longo tempore bene habetur pro ti. vt in hac gl. l. autem quam gl. allegat. ff. pro leg. nihil facit quia non loquitur in his terminis.

1 Si puerum. †Res mobilis sine tit. etiam longo tempore non prescribit. h. d. Dubium ergo erat hic: quia licet non adesset tit. erat tamen res mobilis que poterat vsucapi triennio: ideo videbatur sufficere saltem decennium ad prescribendum: cuius contrarium hic dicitur.

Quibus non obijcitur longi temporis prescriptio. Rubrica.

2 De prescriptione currente vel inchoata deducitur tempus necessarie absentie propter quam daretur restitutio.

1 Tempus. †Contra absentem causa rei publice et sic necessaria et probabili currit prescriptio longi temporis titulo et bona fide: sed non cum effectu: quia non obstat exceptio et potest peti restitutio. h. d. l. j. et. ij. et etiam. l. vj. que incipit ab hostibus. Si vero sit absentia voluntaria bene prescribitur cum effectu. et hoc dicit. l. finalis. Item nec contra minorem. xx. ann. currit hec prescriptio nec contra actiones personales: vt commodati de-
2 positi vel tutele. hoc dicit in effectu. l. iij. et. iiij. †Item de prescriptione currente vel inchoata deducitur tempus necessarie absentie propter quam daretur restitutio. hoc dicit. l. penul. et per consequens totus titulus quem doct. non legunt nec summant. ideo vide leges istas per te: quia satis apparet intellectus per predicta.

Quomodo et quando iudex sententiam proferre debet. Rubrica.

1 †Rubrica ista continet tres partes: scilicet quando et qualiter iudices debent proferre sententias. scilicet diffinitiuas quia causa cognita et discussa. Item quando quia lite contest. et parte citata per emptorie: et in loco deputato. Item tertio quod presentibus partibus: et quidam habent in rubrica. vel altera earum quasi dicat. secus si ambe partes abessent. per hoc dicit Raph. fulg. semel defendisse cum iudex neutra parte presente vel petente dedisset sententiam diffinitiuam ne incideret in penam constitutionis dicentis quod intra certum tempus debent iudices causas terminare quod illa sententia non valebat. et ad hoc allegabat glo. in. l. properandum. §. sin autem alterutra. in prima glos. que hoc dicit expresse. §. de iudi. nec habuit dubitare de pena constitutionis: quia debebat constitutio intelligi scilicet quando potest causam expedire: quia est altera pars presens que petat: alias non tenebatur: quia non erat in negligentia. vt. l. iiij. §. hoc iudicium. de dam. infec. et hoc etiam colligitur ex ista rubrica.

2 Quicquid in potestate iudicis permittitur iuris necessitati non subijcitur.

Uerbum solet positum in rescripto principis an inducat necessitatem.

Rescripta principis seu verba eorum an inducant necessitatem.

3 Negatio preposita signo vniuersali facit equipollere suo contradictorio.

Iudex qualiter tripliciter compellatur causas expedire.

4 Principes quod subscribebant se in suis rescriptis: et quod hodie non sit in vsu.

An dicatur solitum quod semel tantum factum est: et quid dicatur consuetum.

1 Non semper. †Iudex potest ferre sententiam contra absentem seruatis seruandis: non tamen semper
2 compellitur. h. d. Et sic no. †quicquid iudicis potestati permittitur iuris necessitati non subijcitur: vt in. l. non quicquid. ff. de iudi. Item verbum solet vel solere positum in rescripto principis necessitatem non inducit in materia differenti: id est in qua sunt casus habentes diuersam rationem. Et de isto articulo de rescripto principis: an rescripta principis vel verba eorum necessitatem inducant: habetur in. l. sepe. ff. de offi. presi. Et pone casum quod lite contest. cum iudex interpellaretur ab actore: vt referret sententiam contra reum absentem iudex dubitauit: an posset hoc facere: quia rubrica dicit partibus presentibus. vnde consuluit imperatorem qui respondit quod etiam contra absentes solet ferri sententia. Propter quam responsionem actor instabat

actor instabat ⁊ dicebat iudicem ad hoc teneri. et si hoc nõ faceret q teneretur ad interesse iudex: licet ex rescripto clarum esset q poterat: tamen sibi non videbatur q deberet proferre eã: qr sibi non liquebat de causa contra absentem. vñ quesiuit a successore dicti imperatoris filio precedentis: an propter responsionem sibi factã q contra absentem solet ferri sententia ipse cõpelleretur ferre. ⁊ imperator respondit q non: quia ista verba important: vt possit non vt teneatur si sibi nõ videtur.
3 hoc dicit. ¶ †In tex. ibi: non semper. quasi dicat aliquando sic aliquãdo nõ: ⁊ sic negatio pposita signo vniuersali facit equipollere suo contradictorio: vt si dicã nonnullus homo currit quasi dicam quidam sic quidam non: vt in. l. legitimos. §. an ergo. de legi. tuto. ⁊ ibi Bart. ⁊ ibi not. Quando autem cõpellatur patet ex glo. ¶ In tex. ibi: compelleris. Ista cõpulsio est triplex quedam causatiua si non vult teneri ad interesse i syndicatu. ⁊ de ista loquunt contraria glos. quedam precisa vt illa que fit per superiorẽ in negligẽtiam iudicis: vt in aut. vt differ. iud. per totum. et ista non debet fieri q feratur certa scientia: puta plus pro vna parte q pro altera sed vt causam expediat prout iuris fuerit et iustitiam faciat. de hac non loquitur hic. Est ⁊ tertia scz honesta p honore ipsius iudicis cui honor est causas expedire: sed non expedire vel negligere est dedecus: qr iudex nõ debet negligere iustitiam ministrare. de hac etiaz
4 potest loqui hic. ¶ In text. ibi: propter prescriptionem. †Mo. q principes subscribebant se in suis rescriptis et vidi plures bullas apostolicas in quibus papa ⁊ cardinales propria manu se subscribebãt. ⁊ ita faciebant imperatores: vt. s. de diuer. rescript. l. sacri affatus. hoc tamen hodie non est in vsu. ¶ In tex. ibi solere. dic. Bart. ibi dubitat de significato istius verbi solere vel solitus. nam de significato verbi consuetum vel consueuit. non dubitat: nam illud dicitur consuetuz quod longo tempore sic fieri consueuit: vt in dicta. l. de quibus. cum sequẽ. ff. de legi. ⁊ in. c. si de beneficio. de preben. in. vj. al's non dicitur
a consuetum. Sed an dicatur solitum: si semel tãtum[a] factuz est dicit se dubitasse semper. et finaliter tenet q sic: et allegat tex. in. l. mela. §. j. ff. de ali. ⁊ ciba. lega. qui multum bene facit: licet Rapha. dicat contrarium: ⁊ illud dictum communiter tenet. ¶ Pro declaratione gloss. oppo. tribus modis. Primo q iudex cõpellatur ferre sententiam contra absentem etiam si nullum rescriptũ principis emanasset. si lite cõtestata ⁊ liquebat de causa: ⁊ cõtra absentem liquebat: ⁊ actor petebat eam ferri. nam nisi iudex ferat: et propter hoc pereat instantia vel aliud dãnum actor consequatur tenebitur iudex actori ad interesse: vt. s. de iudi. properandum. §. finautez reus. glo. fatetur: quia tex. dicit non semper: ergo aliquando: ⁊ hoc quãdo dicta quatuor concurrunt: al's secus. Dicit autem Bar. iudicẽ propter hoc non facere litem suam: qr iura hoc dicentia loquuntur qñ iudex non delinquit faciendo q dat iniquam sententiaz: sed quando negligẽdo prouidetur per leges speciales non per. l. fina. de varijs cogni. nec per. l. filius. de iudi. que aliter prouident. Rapha. contra. per. l. si quis in conscribẽdo. circa finẽ. s. de pac. vbi videtur casus. ⁊ allegabat Bald. in. l. argentarius. §. cum autem. ff. de edẽdo. Quid autez si eueniat casus in quo per alias leges non sit prouisum contra iudicem negligentez nonne equum est pruideri per dictas leges vt faciat litem suã: al's remaneret pars sine prouisione. ¶ Sed contra secundo q etiam si liquet de causa non compellatur nisi pp̃e finem triennij quo durat instantia: vt. d. l. properandum. §. huiusmodi. ⁊ §. j. solu. fateor quando abest actor: sed quãdo reus abest compellitur: ⁊ tenebitur etiam si non instat tempus instantie: imo adhuc satis superfit: vt. s. dixi. Ratio diuersitatis: quia olim de iure fforum. actore absente non cõtrahebatur hermoditiũ vt posset veniri ad diffinitiuaz: sed absoluebatur ab instantia iudicij ipse reus: sed per. l. properandum. hoc fuit introductũ q prope finem triennij. hodie vero etiam actore absente etiaz lite non contestata cõtrahitur hermoditium: vt possit de causa cognosci et etiam liquidari: et ad diffinitionem perueniri. aut. qui semel. j. eodẽ titu. ¶ Tertio ⁊ vltimo oppo. q etiam si reus sit absens: ⁊ liqueat de causa contra eũ non possit ad sententiam perueniri: vt. l. absenti. de penis. Solu. verum est in causis criminalibus in quibus imponitur pena relegationis supra sed in ciuilib⁹. dic vt. s. dixi: ⁊ hoc vult tota glos. Bald. autem multa tangit hic impertinentia: sed ista sufficiunt ad intellectum tex. ⁊ glos.
2 ¶ In calculo ferende sententie cautus sit aduersarius qd faciat alteram partem si reperiatur in palatio moneri per iudicem quod tali die ⁊ hora compareat ad audiendaz sententiã: quia si non cõpareat habebitur pro vero contumace ⁊ nõ poterit appellare.
3 Sentẽtia diffinitiua qd nõ possit ferri nec valeat: nisi interuenerit edictum vel citatio peremptoria.
Citatio peremptoria qualiter sit quadruplex.
4 Citatio peremptoria quod requiratur in tribus vel quatuor casibus.
Aliqui casus in quibus citatio presumittur perẽptoria: licet non dicatur.
1 Cessante. †Monitio iudicis[b] habet vim
b peremptorie citatiõis. hoc dicit ẽm multas lectu. gl. que est notabilis: ⁊ nõ est alibi ẽm docto. quinimo plus dicit gl. q reddit monitũ contumacem expressum. ⁊ ideo non potest appellare. l. ex con-
2 sensu. §. fi. ff. de appella. †Sit ergo cautus aduersarius quãdo iudex est in calculo ferende sententie q faciat alteram partem si reperitur in palatio moneri per iudicẽ q tali die ⁊ hora cõpareat ad audiendam sententiam: qr si non comparebit habebitur p vero contumace: ⁊ non poterit appellare q perpetuo tene menti. Idem videtur tenere Bal. si iudex non personalr sed cõmittit q nuncius citet eo presente pro tali die ⁊ hora: qr presentia iudicis et partis facit vt illa citatio habeat vim monitionis facte a iudice: et reddit ipsum comtumacem verũ: vt non possit appellare. Fatui ergo sunt quidam qui nõ perpendunt de hoc ⁊ permittunt aduersariũ recedere: ⁊ faciunt ipm postea citare ad domum: quia ex hoc non reddetur verus cõtumax nisi appareat q ad eum perueniat notitia citationis. Nec est necesse q in munitione quam facit iudex vel nuncius parte presente coram iudice addatur verbum peremptorie: qr talis monitio: ⁊ etiã citatio habet vim perẽptorij. ⁊ hoc vult ista. l. notabilis: licet secus in citatione que fit de parte nõ presente coram iudice: quia requiritur vt sit peremptoria vel habeat vim peremptorij dicã super glos. Bal. etiam ponit quintam lectu. que est vera in se: vt ista. l. velit dicere q si citatus in prima citatione dixit se nolle cõparere non sit vlterius citandus: ⁊ q illa citatio habeatur pro peremptoria: licet nõ fuerit hoc dictum: licet non fuerit facta cum cõminatione. ⁊ hoc etiã tenet gloss. in. l. fina. ff. de in integ. restitu. ⁊ huic lectu. cõuenit tex. dum dicit. Adesse noluerunt que lec. licet sit vera in se nõ
3 reddit istam legẽ ita notabilem sicut quarta lec. glo. ¶ †Pro intellectu ergo glo. opponitur contra tex. dum dicit. Cessante causa peremptorij edicti: nam sententia diffinitiua potest ferri nec valet nisi interuenerit edictum vel citatio peremptoria: vt l. ad peremptorium. de iud. ⁊. l. j. §. item cum ex edicto. que sen. sine appel. rescin. ⁊ ista lex vult contrarium. sol. citatio peremptoria est quadruplex. Una que fit in scriptis per edictum positum in albo vel in valuis palatij: ⁊ ista nõ potest fieri nisi per iudices ordinarios vel delegatos a principe: secus si ab inferiore. Quedam est citatio peremptoria que fit per nuncium: et tunc ad hoc: vt dicatur solennis seu solenne peremptorium requiruntur tres citationes cuz interuallo decẽ dierum de iure cõmuni pro qualibet earum: ⁊ postremo requiritur quarta citatio de benignitate: vt. d. l. ad peremptoriũ. cum sequẽtibus. Est ⁊ alia que dicitur minus solennis: vt si interuenient dũtaxat tres citationes sine quarta: ⁊ neutro casu requiritur q iudex dicat peremptorie citamus: quia habet vim peremptorij: vt. j. eo. tres. Est ⁊ tertia adhuc minus solennis: vt cum sit vna pro omnibus: ⁊ tunc vt dicatur peremptoria ⁊ sufficiat debet hoc dici in citatione: ⁊ fiat comminatio: vt si non venerit vlterius non expectabitur: sed ad sententiam peruenietur: sz si diceret ad vlteriora procedetur prout iuris fuerit ista cõminatio non sufficit: vt faciat dici citationem peremptoriam: quia ius disponit q sint tres. Nunc ad propositum dum hic dicitur qd cessabat edictum peremptorium debet intelligi de edicto qd fiebat in scriptis: quia iudex erat delegatus ab inferiore a pricipe ⁊ sic non poterat illud edictum proponere vel talem citationem facere: sed non cessabat citatio peremptoria facta per nuncium cum solennitate debita. Uel dic secũdo cessabat peremptorium solenne cum quatuor citationibus: sed non cessabat minus solenne cũ tribus tantũ. Uel dic tertio cessabat solenne: ⁊ minus solenne sed non tertium qd erat adhuc minus: quia interuenerat vna citatio p omnibus cum cõminatione: ⁊ cũ citatione peremptoria. Et omnes iste rationes sunt bone et vere in se: sed non reddunt hanc legem notabilem: quia iste habentur in. l. ad peremptorium. cum sequen. ideo glo. ponit
4 quartam quã posui in summario ẽm quã alibi non est. ¶ †Et adde q citatio peremptoria requiritur in tribus vel quatuor casibus: scilicet cũ peruenitur ad diffinitiuam. l. ad peremptorium. ff. de iudicijs. Item cum ad interlocutoriam ab obseruatione iudicij: vt. l. pperandum. §. ⁊ si quidem. s. de iudi. Item cum ad missionem ex primo vel secundo decreto: vt. l. presenti. de his qui ad eccle. confugi. In alijs autem actibus nõ requiritur peremptorium: imo quelibet citatio dicitur perempto-

a ¶ Semel tantũ. Adde Bar. ⁊ ibi Alex. de imo. in d. l. mela. §. sz si alimẽta. Cur.

b ¶ Monitio iudicis. Adde tex. in. c. accedẽs. vt lit. nõ cõtesta. gl. i. c. sollicitudinẽ. de offi. dele. doc. in. c. sicut. de cohabi. cle. ⁊ mu. doc. to. i. c. j. de iudi. Et an aliud sit monitio aliud citatio. vide p Joan. in. c. si caplo. de ccess. prebẽ. li. vj. in nouel. doc. in. c. sacro. d sen. excõ. Car. zaba. i. c. vestra. i. xiij. q. de coha. cle. et muli.

ria ⁊ vnica tantum sufficit vt in dilatione data ad probãdum vel ad alios actus ẽm Innocẽ. qui ita singulariter no. in. c. ad petitionem. de accusa. Item adde dicit Bal. ꝙ in processu qui fit coram principe non est necessaria citatio quod Sali. reprehendit. ⁊ dicit esse contra tex. in clemen. pastoralis. de re iud. ⁊ in. c. inter quatuor. de maio. ⁊ obedi. sed hoc verum nisi appa

a reat de certa scientia [a] principis ꝙ voluit procedere parte nõ citata: quia censetur dispensasse. argumẽ. in. l. bonorum. §. qui admit. ad bonorum possessio. In dubio vero non videtur voluisse dispensare ⁊ tollere auxilium quod est de iure ciuili ⁊ de iure gentium qđ tendit ad defensionem que est de iure gentiũ

a ¶ De certa scientia. circa hoc vid. q̃ pulchre posui in cõsi. meo. xlix. et qđ ponit Frã. de are. in suo ꝯ. clxv. ⁊ vid. Alex. in ꝯsi. ij. colũ. xj. in. j. volu. ⁊ Barba. in cõsi. xviij. in. j. vol. Cur.

2 quam imperator non creditur voluisse tollere. †Item recolliguntur quidam casus in quib⁹ citatio presumitur peremptoria: licet non dicatur etiã vbi est peremptorium necessarium. scȝ in monitione iudicis: vt in hac. l. notabili. ⁊ in citatione facta per nũcium parti presenti coram iudice: vel in palatio que habet vim monitionis ẽm Bal. Item tres citationes: vt. j. eo. tres. Non sunt alia. sequitur. l. ab eo.

2 ☞ Sententia lata contra absentẽ ⁊ indefensum an valeat: vt nõ possit rescindi nisi mediante appellatione.
Sufficit citatio ad domũ vt valeat sñia: ⁊ reddit cõtumacem fictum non autem verum.
Fictus contumax appellat.

3 Tempus appellandi non currit ei qui ignorabat sñiam ꝯtra se latam: sed incipit currere a die scientie.

4 Qui non appellat cum possit: videtur sñie acquiescere: ⁊ eam confirmare.

5 Absens si habuit notitiam ꝙ lata erat sñia in causa sua: tamẽ ignorabat an erat lata pro se vel contra se: an sibi currat tẽpus appellandi.

6 Ad validitatem sñie debet citari ille cõtra quẽ datus est libellus: ⁊ cum quo principaliter causa agitatur.
Si admittatur citatio alterius extranei pretendẽtis interesse ex sententia ꝙ sñia nõ reddatur nulla ⁊ ꝙ nõ faciat p̃iudiciũ ei non citato.

1 

Ab eo iudicato. †Non potest impugnare sentẽtiam qui congruo tempore non appellauit: quia videtur ei acquieuisse. hoc dici t. Et Barto. reputat eã difficilem: sed non video magnam difficultatem. Pone casum vt in glo. j. qđ reus lit. contest. ⁊ iurato de calumnia se absentauit ⁊ qđ fuit citatus ad domum: sed citatio nõ peruenit ad ei⁹ no

2 titiam: et sic non fuit verus contumax: sed fictus. †et ad hoc quotidie allegatur ista. l. qđ sufficiat citatio ad domum: vt valeat sententia: ⁊ qđ talis citatio reddit contumacem fictũ nõ verum. qđ intellige si notitia ad eum non puenit: alias esset verus contumax. l. ex consensu. §. fi. ff. de appella. et sic non posset appellare: sed fictus contumax bene appellat: vt hic colligitur ⁊ hoc allegatur et cum non compareret lata est sententia ꝯtra eum: que est valida: si concurrunt oĩa que necessaria sunt iuxta ea que habentur in. l. prolatam. j. de sentẽ. Reuersus est: ⁊ incepit habere notitiam de tali sententia: ⁊ nihilominus stetit per decem dies qđ non appellauit: nihilominus vult impugnare sententiam: qꝛ dicit latam contra absentem ⁊ ignorantem: qꝛ si ignorauit citationem non potest dici contumax: qꝛ non contempsit iudicis preceptum: ideo videbatur sententia nulla. Imperator dicit qđ non: et propter illa non dicitur sententia nulla: imo valuit ⁊ debuit appellare infra decẽ dies a tempore sententie: qđ si nõ fecit transtulit in rem iudicatam: qꝛ videtur ei acquieuisse ⁊ consensisse. h. d. ista. l. ¶ No. primo ex hac. l. sententiam latam contra absentem ignorantem ⁊ indefensum valere: ⁊ non posse rescindi nisi mediante appellatione qđ intellige interuenientibus aliĩs que sunt necessaria ad sententie validitatem. de quibus. j. de senten. l. prolatam. Sed cõtra: quia inter alia que sunt necessaria est qđ sit contumax. al's nõ valet. vt. j. eo. ea que. sed hic non erant contumaces: si ignorauerunt se citatos: quia non contempserunt iudicis preceptum. Solu. verum est qđ non erant veri contumaces sed ficti: qꝛ erat incertum: an si sciuissent comparuissent vel non: vnde ius in dubio. postq̃ fuerunt citati ad domum presumit eos cõtumaces. Sȝ si constaret qđ nõ poterant comparere: quia erant detenti vel aliter impediti: tunc nec vere nec ficte sunt contumaces: ⁊ sententia non valeret. l. ea que. j. eo. si tamen iudex haberet noti

b ¶ Cõtra quem. Adde Joan. de imo. in. l. decem. in. vj. col. ff. de v. obli. Lu. ro. in. l. peregre. i. §. qb⁹. in. j. co. ff. de acq. pos. Pau. de ca. l. l. de vno quoq;. de re iud. Pau. de ca. i. l. cũ fili⁹. ff. de vbo. obli. ⁊ Bar. ꝯsil. xcj. ici. in. q. vertente.

c ¶ Tẽpore feriato. Adde glo. in l. j. ff. de fer. Cy. i l. cuȝ actor. C. de arbi. Spe. tit. de sen. i. §. iuxta. v. itẽ ꝙ est nulla.

3 tiam: ⁊ al's secus. vt not. in. l. quesitum. de re iudica. ¶ †Item no. secundo qđ tempus appellandi nõ currit ei qui ignorabat sententiam contra se latam: sed incipit currere a die scientie. ⁊ ad hoc semper allegatur. Sed contra. de. l. j. §. fina. ff. quando appel. sit. de eo quod nota. in Specu. de appel. §. j. vt. j. in fi. sol. si ille qui se absentauit litigabat per procuratorem: ⁊ sententia sit lata cõtra procuratorem incipit statim currere tempus appellandi etiam domino absente ⁊ ignorante propter sciẽtiam procuratoris: dñs tamen contra procuratorem non appellantem habebit actionem mandati ad interesse: qꝛ debuit appellare: vt in. l. inuitus. de procurato. Sed si absens litigabat per seipsum: ⁊ sic sit sententia lata contra eum absentem ⁊ ignorãtem tempus appellandi non incipit currere nisi a tẽpore scientie superuenientis: ⁊ tunc siue sit presens siue absens currit: si erat absentia mere voluntaria. Sed si erat necessaria non currit durãte absentia: quia est priuilegiata: quia si curreret resti

4 tueretur qđ non est si absentia erat voluntaria. ¶ †Tertio et vltimo nota qđ qui non appellat cum possit videtur sententie acquiescere: ⁊ eam confirmare sic. j. de sen. que sine cer. quãti. l. fina. in fi. ⁊ de appel. l. hi qui ad ciuilia. ⁊ per hoc dicunt quidã qđ quando quis potuit appellare: ⁊ non appellauit ex sententia orit̃ naturalis obligatio: licet de se sit iuris ciuilis: qꝛ oĩa iudicia sunt de iure ciuili: sed ratione consensus qui est de iure gentiuȝ oritur naturalis obligatio que similiter est de iure gentium: vt. l. hoc amplius. §. his natura debet. ff. de regu. iur. Aliĩ contra quia consensus in sententia nihil plus adiicit q̃ si non interuenisset cũ potuerit ferri cõtra ignorantem vel inuitum. Bart. tangit hunc passum in. l. iulianus. de condi. inde. et tenet qđ oriatur naturalis obligatio. non tamen ex ratione consensus per id quod dixi: sed ex equitate iuris gentium que est vt maioribus et superioribus pareamus que fuit ante cognitũ ius ciuile: vt. l. veluti. ff. de iusti. ⁊ iur. vnde hic fuit preceptum iudicis qui est superior: qꝛ condemnatus est naturaliter obligatus ⁊ dicit ꝙ ista obligatio naturalis nõ est ita potens nec efficax sicut illa que oritur ex primo consensu: quod dic vt ibi plene ⁊ subtiliter per eum. ¶ Ultimo ꝓ declaratione gl. ij. formo vnam oppo. isto modo contra tex. dum dicit simpliciter non posse recedere a iudicato si non sit appellatum: imo videt̃ qđ possit recedi ꝑ restit. in integ. si fuit absens ex causa necessaria ⁊ probabili: puta reipublice vel ꝓbabili tantum: vt studiorum. iuxta ea que plene notantur in. l. fina. ff. de in integ. resti. Quidam fatentes contrarium infrascant istum text. glo. dicit ꝙ iste tex. non loquitur de restitu. in integrum. ideo non debemus eum intelligere tali casu qđ illa restitutio competat. Debet ergo intelligi qđ erat absentia illa mere volũtaria propter quam non restituitur neq; ad totam causam neq; ad appellãdum: sed solum sibi conceditur beneficium appellandi a die scientie. ¶ Ultimo oppo. extra glo. dum dicit. Et indefensis. qđ sententia lata cõtra absentem ⁊ indefensum non valeat: vt l. cum ⁊ minores. §. si aduersus rem iudi. Sol. verũ est quando

5 erat minor. xxv. ann. al's secus: vt hic. †Sed ponamus absens habuit notitiam qđ lata erat sentẽtia in causa sua: tamẽ ignorabat an erat lata contra vel pro se: an sibi currat tempus appellandi. videtur distinguendum. Aut potuit de facili certiorari: et tunc currit: quia paria sunt habuisse notitiam vel per ipsum stetisse quominus habuerit. Si autem non potuit tunc secus quia paria sunt non habuisse notitiam vel habuisse nõ

6 eo modo quo debuit habere. facit. l. absenti. ff. pro so. ¶ †Ultimo dicit Baldus qđ ad validitatem sententie debet citari ille

b contra quem [b] datus est libellus: ⁊ cum quo principaliter causa agitatur. Si autẽ admittatur citatio alterius extranei cũ quo nõ litigat: sed pretendit interesse ex sñia nõ redditur propterea sñia nulla: sed ei non facit preiudicium nisi sit casus in quo si sciuit ⁊ non cõparuit preiudicatur sibi: vt in casib⁹ positis in. l. sepe. de re iudi. ⁊ dicit Inn. ita tenere in. c. fi. de maio. ⁊ obe. vbi est bona litera.

2 ☞ Sententia nulla saltem operatur hunc effectum vt faciat finiri iurisditionem iudicis delegati secus in iurisditione ordinariĩ. ⁊ vide nu. 5.

3 An ex eisdem actis poterit ferri secunda sententia ex quib⁹ lata est prima an autem expediat acta reiterare.

4 An sit necesse ꝙ anteq̃ ferat secũda pronuncietur super nullitate prime.
Quando sententia est nulla et quis vult petere hoc declarari: an debeat adire eundem iudicem qui eam tulit: an vero superiorem.

6 Sententia lata super nullitate licet nõ sit lata super negotio principali: sed super processu an sit diffinitiua.

1 

c **Si vt proponis.** †Sententia lata tempore feriato [c] vel contra contumacem tanquam contumacem nõ valet ipso iure: tamen facit finiri iurisditionem iudicis delegati: ideo causa potest alteri committi. hoc dicit. ¶ †No.

2 ta quod sententia nulla saltem operatur hunc effectum: vt faciat finiri iurisditionem iudicis delegati: ⁊ sic ista iurisditio est valde debilis: nõ sic facit finiri iurisditionem ordinariĩ que nõ est ita debilis. ideo ille idem iudex qui eam tulit potest iterato eam

rato eam ferre:vt.l.iiñ.ȷ̃.de accuſat.⁊.ȷ̃.eo.l.ſi preſes.vt hic in
3 vltima gloſſa.¶†Sed an ex eiſdem actis poterit ferri ſecunda
ſententia ex quibus lata eſt prima:an autẽ expediat acta reite-
a rare.Dic ſm Barto.ꝙ ſi defectus erat[a] in ſola ſententia: puta
quia lata in die feriato poterit ex eiſdem actis ferri ſecũda:nec
expedit reiterare acta ſicut ſi illa ſententia non eſſet lata:quia
habetur pro non lata.Sed ſi eſſet defectus etiaʒ in actis opor
teret reiterare.Ange.dicit ꝙ per talem ſententiam finitur in-
ſtantia:⁊ ideo omnia acta que pereunt perempta inſtantia:vt
litis conteſtatio iuramentum de calumnia:⁊ ſimilia de quib⁹
in.l.cum mortua.iudica.ſolui.debẽt reiterari:quia perierant:
ſed ea que non perierunt:vt ſunt acta probatoria per teſtes vel
inſtrumenta non ſunt reiteranda.Certe Bartol.ſentit ꝙ per
ſententiam nullam non pereat inſtantia:⁊ ideo dictum Ang.
non videtur habere locum:et plus placet dictum Bartoli.
4 ¶†Item an ſit neceſſe qđ anteꝗ̃ feratur ſecũda pronuncietur
ſuper nullitate prime.Dic ꝙ nõ ſi apparebit ex actis ipſa nul-
litas:vt.ȷ̃.de ſenten.que ſine cer.quãtita.l.fina.in fi.al's ſecus.
Dic vt nota.per Bartol.in. cum querebatur.ff.de re iudica.
Iteʒ predicta ſunt ſpecialia in iuriſditione delegata ad litem:
ſed in alia poteſtate cõceſſa alicui ſi ille facit actum inualidum
per ipſum nõ finitur poteſtas:ſed iterato facere poteſt quouſ
executioni mandauerit id quod ſibi commiſſum eſt ſm Inno.
5 in.c.in literis.de officio delega. ¶†Item quãdo ſententia eſt
nulla:et quis vult petere hoc declarari:an debet adire eundeʒ
iudicem qui eam tulit: an vero ſuperiorem. Breuiter ſi ille
qui eam tulit erat delegatus:tunc quia finita erat iuriſditio
non debet ipſe idem adiri:ſed delegans.Nam hic erat delega-
tus:ſed ad preſidem eſt recurſus.Si vero erat iudex ordinari⁹
poteſt adiri ipſe idem:quia licet non poſſit cognoſcere de ini-
quitate ſue ſententie:nec ad ipſum appellare:bene tamen põt
cognoſcere de nullitate ſententie: vt.ȷ̃.eodem.ſi preſes. quia
non redarguitur actus ſuus ſiue animus ſicut poteſt recogno-
ſcere.de reſtitutione in integrum que impetratur contra ſuam
ſententiam. l.perfecti.de minori.poteſt etiam adiri ſuperior.
vt in.l.iiñ.ȷ̃.de accuſatio.¶Et notandum ꝙ cauſa nullitatis
deuoluit ad ſuperiorem nõ ſolum illum articulum nullitatis
imo etiam totam cauſam principalem ſuper qua poterit pro-
nunciare poſtꝗ̃ pronunciauit ſuper nullitate ſm Inno. quem
tenet Bartol.facit.l.cornelia pia.de iure patro.⁊.l.quedam.fa
milie herciſcun.Debes etiam ſcire qđ tunc ſententia nulla fa-
cit finiri iuriſditionem iudicis delegati quãdo ex toto fuit fun
ctus ſuo officio:quia pronunciauit ſuper toto:et ſm formam
reſcripti:ſi vero non ſuper toto:prout debebat vel contra for-
mam reſcripti:non finitur eius iuriſditio:vt in.l.quid tamen.
de arbit.⁊ ſic ipſe idem poſſet adiri.Et vide que notantur per
6 Bar.in.l.ſi expreſſum.de ap.†Sentẽtia autem lata ſuper nul-
litate:licet nõ ſit lata ſuper negotio principali:ſed ſuper ꝓceſſu
eſt diffinitiua:ſʒ ſuper principali negotio:vt not.Inn.in.c.au-
ditis.de procura.

1 **Si vt proponis.** †Sententia lata in alio loco ꝗ̃ debue-
rit ferri eſt ipſo iure nulla.hoc dicit. Debet autem
ferri in loco conſueto ſi erat ordinarius iudex et ha-
buit certum tribunal:vt in.l.fina.de iuſti.⁊ iure.vel ſi erat iu-
dex plurium locorum:vt preſes prouincie in qualibet ciuitate
habet locum deputatum:ſicut epiſcopus in quolibet loco ſue
dioceſis:vt in.c.ſi epiſcopus.de offic.ordi.lib.vj.et ita loquitur
iſta lex ſcʒ in preſide.Si autem erat iudex delegatus tũc debet
ſibi eligere locum:et poſtꝗ̃ elegerit omnes citationes cẽſentur
facte ad illum locum:vt hic etiam colligitur. Gloſſ. intelligit
legem duobus modis.ſ.qđ obreptio fuit facta iudici.videlicet
qđ cum eſſet actum ꝙ in certo deberet ſedere:⁊ ſentẽtiam ferre
qđ tu aduerſarius meus eras contentus quod in alio loco face
ret:tamen hoc non erat verum.vnde citatus ſimpliciter vt cõ
pareres comparuiſti in loco de quo fuerat actum prius: et ibi
non reperiſti iudicem:quia erat in alio loco de quo ſibi ſuaſi:
et ibi dedit ſententiam.⁊ iſtam tenet Bart.quia iſta fuit pro-
prie ſurreptio que fuit facta iudici:et tale mendacium reddit
ſententiam nullam:vt hic qđ eſt notandum ſm Barto.et alio
modo legitur qđ fuit facta ſurreptio parti:tamen Bartol.nõ
tenet q2 propter mendaciũ dictũ parti non redditur ſententia
nulla ipſo iure:ſed aduerſus eam paratur exceptio vt in.l.j.§.
ſi reus.de eo per quem fac.eſt.

2 ☞ Snĩa qua pronunciatur appellationem fore deſertam eſt
interlocutoria tamen habet vim diffinitiue.⁊ nu.4.
3 Quis iudex habeat neceſſe pronũciare appellationem deſertã.
An ſit neceſſe qđ ita pronuncietur.
4 Quando pronunciatur appellationem fore deſertam videtur
confirmari ſententia prima.

1 **Si preſes.** †Sententia nulla non impedit ordinarium iterum ſuper eodeʒ
2 cognoſcere.hoc dicit.†Et ſemper allegatur qđ ſen
tentia qua pronunciatur appellationem fore deſer
tam eſt interlocutoria:tamẽ habet vim diffinitiue quod patet
quia lata cõtra minorem indefenſum eſt ipſo iure nulla:vt hic
ſic dicim⁹ in diffinitiua: vt in.l.cũ ⁊ minores.§. ſi aduer. rem
iudi.ſecus in aliis interlocutoriis:vt ibi not. Et dic ꝙ anteꝗ̃
eſſes conſtitutus curator iſtius adulti lata erat ſententia con-
tra eum.⁊ ab ipſa fuerat appellatum per actorem conſtitutuʒ
a tutore vel a curatore:quem tunc habebat.ſ.a preſide ꝓuincie
quia lata erat per delegatum ab eo vel per magiſtratum mu-
nicipalem debes ſcire qđ interpoſita appellatione per dictuʒ
actorem finitum eſt officiũ ipſius actoris:ſicut officium procu
ratoris dati ad litem lata ſententia ⁊ appellatiõe interpoſita
⁊ ideo proſecutio nõ pertinebat amplius ad illum actorẽ vel
procuratoreʒ.vt.ȷ̃.de appel.ſi acto.ſed pertinebat ad curatorẽ
vel tutorẽ ipſius:quoniaʒ ſi ipſos nõ habebat q2 forte mortui
vel abſentes:⁊ ſic nõ fuit qui cauſam defenderet preſes ad in-
ſtantiam aduerſarij pronunciauit appellationem fore deſertã
que tamen non erat habet locum quod hic dicitur vt ipſe ideʒ
preſes poſſit adiri vt ſuper hoc ꝓnunciet ⁊ etiam ſuper nego-
tio principali ſi reuera nõ erat deſerta:nec obſtat.l.ſi vt propo-
nis.la.j.§.eo.q2 ibi erat iudex delegatus:cuius mandatũ fini-
tur ꝑ ſententiam nullam:hic erat ordinarius cuius iuriſditio
3 non finitur.¶†Sed quero quis iudex habeat pronũciare ap-
pellationem deſertam. Dic quod iudex ad quẽ ſeu iudex ap-
pellationis:ſi coram eo fuit proceſſum in cauſa appellationis
al's ſi nullo modo fuit ꝓceſſum:tunc iudex a quo ita conſuluit
Feder.de ſenis in cõmento.cxxviij.¶Item an ſit neceſſe ꝙ ita
pronuncietur Glo.qđ no.ȷ̃.de appella.l.eos.in gloſſ.not. forte
4 circa medium.⁊ Bal.in.l.ij.§.vt lit.pen.¶†Vltimo no.gloſſ.
dum dicit.Sententie cõfirmationis:ꝙ quãdo pronunciatur
appellationem fore deſertam videtur confirmari ſnĩa prima:
ideo habet vim diffinitiue.

a ¶Qđ ſi defectus erat.adde Spec.⁊ ibi Io.an.ĩ addi.Spe.in tit.de ſent.pla.§.iuxta v̇.ſʒ ſi cã.⁊ Pet.de anch.ĩ cle.j.de re iudi.⁊ doc.ĩ.c.ad ꝓbãdũ extra eo.ti.⁊ diſtinctionẽ bart.refert et ſequit᷑ alexan.de imo.in conſi.liij.col.pe.in pñ.i.v.vo.Frã.Cur.

2 ☞ Sententia lata pro eo qui nõ fuit cõtumax:an valeat.

1 **Si aque.** †Not.non valere hic ſententiam latã contra abſentem ⁊ non contumacem
etiam ſi fuerit citatus ⁊ tunc dicitur non contumax
quando citatio nõ fuit debito modo facta vel ſi fuit
citatus fuit impeditus cõparere:⁊ iudici erat notum impedi
2 mentum.l.queſitum.de re iudi.al's valeret mero iure.¶†Di-
cit etiã prima gl.ꝙ ſi nõ fuit contumax etiam ſi ſit lata pro eo
nõ valeret que gl.ſemper allegat᷑.⁊ de hoc dic vt.l.furioſo.quã
glo.alleg.qđ mihi videt᷑ difficile ſi fuit lata ad inſtantiã partis
preſentis ⁊ petentis.nam ꝙ debeat eſſe contumax: ad hoc vt
valeat eſt introductum fauore ipſius citati ergo non debet re-
torqueri in eius odium vt nõ valeat etiã ſi ſit lata pro eo.vide
Bar.in.l.furioſo.

2 ☞ Miſſus in tenutam an efficiatur poſſeſſor.
3 In iudiciis etiam ciuilibus admittuntur citationes genera-
les ꝙ quis veniat ad proſequendum litem.
Quod ad hoc vt virtute talis citationis poſſit procedi ad illa
de quibus hic requiratur qđ ſit citatio peremptoria.
4 Que dicatur citatio peremptoria.
5 Quod poſſunt fieri citationes per literas quas nuncius por-
tat vel per nuncium ſine literis.
Quod poſſint etiam fieri per edictum poſitum in albo.
6 Quod virtute iſtius generalis citationis poſſit ꝓcedi ad oẽs
actus ipſo vlterius nõ citato etiam ad diffinitiuam.
7 Miſſio in poſſeſſionẽ ex primo decreto qđ fiat poſt litẽ conte-
ſtatam ſicut ante an tunc ſit maioris virtutis.
8 In cauſa criminali licet reus ſemel cõparuerit ⁊ dederit fide-
iuſſores de ſe repreſentando: ſi poſtea citatus non comparet
poteſt poni in banno ex forma ſtatuti ſicut ſi nũꝗ̃ cõparuiſſet
licet ſtatutum loquatur de eo qui non cõparuit vt poſſit poni
in banno.

1 **Conſentaneum.** †Reus conuentus actiõe reali abſens
poſt litem conteſta. debet in contumacia ſolenni-
ter conſtitui.⁊ tunc contra eum poterit alterum de
tribus remediis exerceri vel perſone captio vel poſſeſſionis
tranſlatio vel diffinitiue ſententie pronunciatio.h.d.ſm Ia.
bu.⁊ Bar.⁊ eſt ſingularis.l.⁊ famoſa.Et aduerte ꝙ iſta tria
concurrunt pro intellectu iſtius.l.ſcʒ ꝙ hic lis erat conteſtata
anteꝗ̃ re⁹ ſe abſentaret qđ colligitur ex fine vbi dicitur ꝙ po-
terit ferri ſnĩa diffinitiua qđ non eſſet ſi non fuiſſet conteſtata
quando reus abeſt.licet quando abeſt actor hodie per aut.hic
poſitam bene poteſt ferri lit.non conteſta.Secũdo ꝙ hic age-
batur actione reali.ſi enĩ actione perſonali nõ haberet locum

qđ hic dicitur vt cōtra contumacem possit procedi ad priuandum ipsum possessione rei petite: ⁊ ad trāsferendum ipsam in actorem vt sic de reo efficiatur actor ⁊ nō audiatur nisi de proprietate: imo fieret missio ex primo decreto per quam missus non efficeret possessor: sed simpliciter detentator ⁊ reus postea reuersus refundendo expensas ⁊ satisfaciendo de iudicio sisti recuperaret tenutam ⁊ remaneret possessor: sicut prius erat. l.
2 si quis emptionis. §. item si quis. ff. de prescrip. xxx. anno. † iste autem tex. vult qđ missus in tenutam efficiatur possessor prout dicit vel possessionem bonorū cui incumbit ad te transferre ⁊c. et per consequens reus postea comparendo eam non recuperat etiam si vellet refundere expensas ⁊ satisdare: sed potest de nouo agere contra actorem et audietur de proprietate si eam probat qđ non fuisset necesse in precedenti casu: quia non habuisset necesse probare dominium cū sit reus: sed actor habeat necesse probare: ⁊ nō est paruum incōmodum hoc quod conuentus de reo fuerit effectus actor: ⁊ habeat necesse probare quod prius nō habebat. Item tertiū est: q2 non erat liquidū de causa ⁊ actor indigebat vt reus veniret ad iudicium: ⁊ suis respōderet positionibus: quia forte nō poterat actor aliter probare suam intentionē. Si autē fuisset liquidum vel potuisset liquidare aliter ꝙ per ipsum reum non haberet locū qđ hic dicitur ꝙ potest capi persona vt veniat corā iudice vel ꝙ fieret missio in tenutam rei: imo posset petere actor si erat liquidū de causa vt feratur diffinitiua: vel si non erat liquida vt admittatur ad liquidandum qua liquidatione facta feratur diffinitiua premissa citatione peremptoria ad sententiaz audiendam: ſ3 hoc quia non erat liquidum fit citatio peremptoria nō specialiter ad sententiam audiendam: sed vt compareat ad prosequēdam litem ⁊ ad respondendum actori ⁊ suis positionibus qua citatione sic generaliter facta: si non comparet potest procedi ad omnes alios casus sine vlteriori citatione etiam ad sententiaz ad quam isto casu specialiter non est amplius citandus: vt hic colligitur manifeste. nec obstant iura dicētia ꝙ ad sententiam est specialiter citandus: vt not. in aut. iubemus. §. de iudi. ⁊ in clemen. sepe. ver. sententiam. de verbo. signifi. quia procedunt quando non fuisset contumax in veniendo ad prosecutionem iudicij: nec fuisset ad hoc generaliter citatus: sed virtute istius generalis citationis potest procedi ad oēs alios actus etiā ad sententiam diffinitiuam postꝙ nunꝙ comparuit: vt hic colligitur fm omnes: sed si comparuisset semel non posset procedi ad alios actus nisi iterum citaretur. de hoc p Bar. in extrauaganti ad reprimēdū. super verbo de crimine. vbi omnino vide qui allegat istum text. notabilem. illa tamen practica in singularibus ciuitatibus parum est in vsu: sed in curia romana vel principis: vbi citantur de longinquis partibus: ⁊ vbi difficilis est reiteratio citationis obseruatur: vt not. per canoni. i. c. consuluit. de offic. delega. et in additione Specu. titu. de citatione. vbi omnino vide ⁊ in. c. eum qui. de eo qui mit. in possess. lib. vj. in nouel. in his paucis verbis cōsistit substantia et intellectus huius singularis. l. ⁊ multum famose ⁊ habentis plures gloss. quas Bartol. recitat prout iacent: vnde vide per teipm. ¶ † No. ergo primo quod in iudicijs etiam ciuilibus admittūtur citationes quod si quis veniat ad prosequendum litem. et ad hoc allegatur ista. l. Item qđ ad hoc vt virtute talis citationis possit procedi ad illa: de quibus hic requiritur quod sit
4 citatio peremptoria. ¶ † Item tertio ꝙ peremptoria dicitur si fuerint tres citationes cum interuallo decem dierū fm glos. pro qualibet vel vnica tātum pro omnibus cum cōminatione qđ si perseuerat in cōtumacia procedetur ad vlteriora ipo amplius non citato. hoc vult dicere tex. si in contumacia perseuerat qđ ista verba ponantur in citatione quando fiat vna ꝓ oī-
5 bus vt dicatur peremptoria. ¶ † Item quarto not. ꝙ possunt
a fieri citationes per literas[a] quas nuncius portat. possunt etiā fieri per nuncium sine literis: de quibus vide plura bona per Barto. in extrauaganti ad reprimendū. super verbo per nuncium. ⁊ super verbo literis. Potest etiam fieri per edictum positum in albo: vt in illa extrauaganti in verbo pro edicto: sed ista non potest fieri nisi per iudicem ordinarium vel delegatū principis: ⁊ hoc de iure ciuili: sed de iure canonico prouisum est ꝙ ista citatio per edictum non possit fieri sine speciali licētia principis: ⁊ eo tantum casu quo citatus latitat et nō permittit nuncium ad se peruenire vel quādo non potest accedit ad locum vbi est citatus: ⁊ fuit optima prouisio etiā equa: vt
6 in clemen. i. de iudi. ¶ † Itē not. ꝙ virtute istius generalis citationis potest procedi ad oēs actus ipso vlterius non citato etiaz ad diffinitiuam. ⁊ ad hoc allegatur iste tex. ⁊ intellige vt
7 §. dixi quando fit de absente in longinquis partibus. ¶ † No. etiam ꝙ post litem cōtesta. fit missio in possessionem ex primo decreto. sicut ante litem cōtesta. maioris: tamē virtutis est illa missio: quia per eā trāsfertur possessio in actorē si agebat actione reali non simplex detentatio: quia actor nunc erit reus et reus efficietur actor: ⁊ sic non auditur reus de possessione vt possit eam recuperare refundendo expensas ⁊ satisdando de iudicio sisti: sed solū de proprietate si vult dare libellum ⁊ asserere rem ad se pertinere: ⁊ tunc habebit necesse probare ꝙ res esset sua. ¶ Quid autem si lis non erat cōtesta. sed quasi. dic ꝙ nunc loquit. l. ij. §. vbi in rē actio. si non erat contesta. nec quasi siue sit actum reali siue personali fit missio in possessionez per
8 quā non transfertur possessio: sed detentatio. ¶ † Ultimo per istum dicit Bart. in. l. penul. de quibus re. ad eun. iudi. ea. qđ in causa criminali: ſ3 reus semel comparuerit ⁊ dederit fideiussores de se representando si postea citatus non cōparet potest poni in banno ex forma statuti sicut si nunꝙ cōparuisset: licet statutum loquatur de eo qui non cōparuit vt possit in banno poni. nam idem si cōparuit ⁊ litem fuit cōtestatus si postea nō comparet. ⁊ sic habetur pro confesso si est positus in banno. ⁊ hoc dicat statutum qđ bānitus habetur pro confesso. nam in criminalibus proceditur sicut in ciuili. l. absentem. ff. de penis sed in ciuili si semel cōparuit ⁊ contestatus est ⁊ postea nō cōpareret procederetur ad oēs actus: vt hic: ergo ⁊ idem debet esse in criminalibus fm eum.

a ¶ Per literas. Adde Ange. in l. vt perfectius. i vltima col. C. de anna. excep.

2 ¶ Qđ ista aut. intelligat qū actor dedit libellū: ⁊ fecit reum citari ⁊ reus cōparuit: ſ3 actor nō cōparuit vt tunc reus possit cōpellere actorē ad persistendum in iudicio vsꝙ ad litē finitaz super causa in libello deducta ⁊ quid si reus nō fuit vexatus ſ3 nō citatus cōpareat ⁊ reperiret libellū datum.

3 Ista aut. inducit de nouo ꝙ possit liquidari de causa per reuz etiam lite non. contestata.

4 Item inducit de nouo vt reus possit petere post liquidationē diffinitiuam sniam etiam lite nō contestata.

Item qđ in citationibus apponant. xxx. dies pro qualibet.

5 Quando impetratur iudex delegatus qualiter rescriptū principis debeat insinuari iudici ⁊ infra quantum tēpus.

6 Quando iudex delegatus facit partē citari in prima citatiōe debet inserere copiam rescripti nec tūc cōparēs potest petere copiam rescripti nec terminū ad cōtradicendum.

7 Casus in quo actor cōpellitur agere sed regulariter contra.

Si actor erat mortuus post citationē: an heres eius teneatur prosequi: an vero nouā instantiam inchoare.

8 Citationes debent fieri ad postulationem alterius partis et cautus sis qđ in actis scribatur ꝙ ad petitionē talis iudex cōmisit citationem.

9 Delegatus principis potest citare per edictum de expressa cōmissione principis: sed delegatus ab inferiore nō potest ordinarius vero sic: ⁊ quid de iure canonico.

Lis inchoatur per contestationē ⁊ qū a citatione.

10 Si citatus cōpareat in vltimo termino citationis d3 reficere expensas factas in primis ⁊ an in illis dicat fuisse cōtumax.

11 Quādo iudex procedit cōtra absentez potest ex officio suo supplere de facto etiam nemine petente.

12 Si reus abest lite nō cōtestata an actor poterit per istam aut. liquidare de iure suo ⁊ facere ferri diffinitiuā.

13 In iudicijs seruāda est equalitas inter litigantes. s. vt id qđ licet actori liceat reo: sed nō econtra.

14 Si reus est presens ⁊ lis non contestata: an iudex possit eum cōpellere ad respondendum libello ⁊ ad contestandum eo casu quo non opponat aliquā exceptionem que habeat impedire lit. contesta.

15 An cōtra presentē ⁊ cōtumacem in nō parendo iudici habeat locum missio ex primo decreto sicut cōtra absentē cōtumacem in non comparendo.

16 Si lis erat contestata ⁊ reus est absens: an possit actor petere diffinitiuā sententiam ferri.

17 Quando reus absoluitur q2 actor non probauit talis absolutio est diffinitiua.

**Ui semel.** Ista aut. emanauit ad suppletionem. l. consentaneum. nā illa loquit quādo reus aberat ⁊ ꝓuidet actori presenti. et ista loquitur quādo aberat actor ⁊ prouidet reo presenti cōtra actorē. Itē illa qū lis erat cōtest. ista vero qū nō erat: ⁊ sic vtroꝗ casu locū habet. Itez illa qū actione reali. ista vero loquitur siue reali: siue personali. h. d. in effectu. ſ3 doc. nō signent. ¶ † Actor debet perseuerare in lite in qua dedit libellum ⁊ fecit reum citari si reus comparuit ⁊ vult litez prosequi quousꝗ causa finiatur ⁊ terminetur. hoc pmo. ¶ Et si hoc nō facit ad instantiam rei potest citari peremptorie per tres citationes cū interuallo. xxx. dierum pro quolibet ⁊ si nō cōparet expectatur p annū. quo elapso poterit reus liquidare de iure suo quod olim non poterat ⁊ etiam iudex ex officio suo potest perquirere

2 ☞ Princeps si mandet iudici vt aliquem compellat ad soluēdum tali qui conquestus est de eo ꝙ teneatur sibi in certa quātitate tales litere intelligunt si ille confitetur vel si negat fuerit cognitum ꝛ probatum ꝛ lata sententia.

3 An commissa executione censeatur commissa cognitio ꝛ quid econuerso.

1 Si vt proponis. † Merus executor nō potest assumere ptes iudicis: ꝛ de iustitia vel iniustitia sententie cognoscere vel pronunciare. h. d. facit. l. si pretor. ff. de iudi. Et
a dicitur merus executor[a] ille cui committitur executio sententie iam late que transiuit in rem iudi. ꝛ sic precessit cognitio ꝛ pro-
2 nunciatio. † Sed si non precessisset vt contingit in literis que proueniunt a curiā principis que narrāt qualiter talis conquestus est de tali qō tenetur sibi in tanta quantitate quam soluere recusat quapropter mandat prīceps iudici vt illum cōpellat ad soluēdum debet intelligi sane. s. si confitetur vel si negat si fuerit cognitum ꝛ probatum ꝛ lata sententia contra eum videtur ergo tacite sibi commissa cognitio nec potest procedere ad executionem commissam expresse nisi prius cognito an sit debitor ꝛ pronunciatū ꝙ sit: vt in. l. si non cognitio. si contra ius vel vti. publi. §.
3 † An autem semper hoc sit verum quod commissa executione non censeatur commissa cognitio vel confiteatur commissa. et quid si econuerso an commissa cognitione censeatur commissa executio. vide plenissime ꝛ vtiliter per Bartol. in. l. a diuo pio. in princi. de re iudica. ꝛ adde quod no. in. c. pastoralis. §. q2 vero de offi. deleg.

1 Si longis. † Cōdēnatus qui in soluēdo morā cōmisit tenet de interitu rei ꝛ etiā de accessionibus. i. fructibus ꝛ redditibus rei in qua facta est condemnatio.

1 ☞ Quod differentia sit inter executorem ad quem pertinet facere ea que facti sunt ꝛ iudicem qui declarat ea que fienda sunt.

3 Si testator mandauit certam quantitatem distribui inter pauperes quos titius elegerit an ille titius dicatur executor vltime voluntatis q2 tunc haberet annū ad exequendum nec post annū posset exequi sed episcopus.

1 Executorem. † Executor est ille qui sententiam rite latam ad effectū ꝑducit. h. d. ¶ † Et sic no. ꝙ differentia est inter execu-
2 torem ad quem pertinet facere ea que facti sunt. ꝛ iudicem qui declarat ea que fienda sunt. Et propter hoc Barto. respondit in. q. de facto quam vide per eum in. l. cum quidam. de lega. ij. † Si testator mandauit certam quantitatem distribui
3 inter pauperes quos titius elegerit an ille titius dicatur executor vltime voluntatis: quia tunc haberet annum ad exequendū quia post annum non posset exequi: sed episcopus. ꝛ dicit ipse quod non: quia aliud est exequi: aliud declarare in quem fiat executio.

2 ☞ Confessus an debeat conuinci ꝛ condemnari vt possit fieri executio contra eum an autem habeatur pro condemnato.

3 Quantum tempus detur iudicato ad soluendum ꝛ quid in causa criminali. ꝛ nu. 4.

4 Si eo tempore elapso capiantur pignora quantum tēpus requiratur ꝙ transeat post capturam pignorum anteꝙ vendantur.

1 Eos quos. † Tunc est petenda executio cū reus confessus est vel si negauit cū est conuictus ꝛ cōdēnatus ꝛ cū trāsactū est tēps a iure prefixū ad soluendū iudicatis. hoc dicit. ¶ Que-

a ¶ Executor. adō as dicat merus vel nudus executor vide in. l. si nō cognitio. C. si 3 ius vel vti. publ. canonizata. xxv. q. ij. et in cle. j. de off. dele. gl. ꝛ do. i c. pastoralis. i. §. quare vo. de off. dele. Inn. in. c. si. de presum. Inn. in. c. si qñ. de offi. dele. Inn. in. c. ad dissoluēdū. de de spō. ipu. ꝛ abb. in c. de cetero. de re iudic.

b ¶ Cōsuetudine. Adde hic nota. i. c. quēti. extra de off. dele. ꝛ i. §. ois insti. de ver. obli. Curt.

2 ritur hic pro declaratiōe prime glo. q2 tex. dicit. † Siue confessi siue negantes. ꝛ postea dicit ꝛ conuicti. queritur ad quod illorū duorum referatur illud verbum conuicti. Glo. qō ad vtrunꝙ: ꝛ sic innuit ꝙ etiam confessus debeat conuinci ꝛ condemnari: vt possit fieri executio contra eum. Sed in contrariū quia confessus habetur pro condemnato. l. j. §. de confes. propter qō quidam referunt ad verbum negantes: non ad verbum confessi. Breuiter dic quod confessus in iudicio ꝛ ante litem contest. vel non animo contestandi sed fugiendi litem habetur pro condēnato. ꝛ sic alia cōdemnatio non requirit: sed sufficit ꝙ soluat. l. si debitori. de iudi. ꝛ ex tunc incipit currere tēpus quod datur iu-
b dicatis: licet de cōsuetudine[b] habeat. x. dies tantū vt not. in. l. si debitori. de iud. Si autē confiteatur post litem contest. q2 primo respondit libello negando: postea confiteatur vel respondit libello confitendo ꝛ animo litem contest. quod in dubio presumitur si aliud nō apparet ꝛ tūc requiritur condemnatio: ꝛ priusꝙ fiat non incipit currere tps qō datur iudicatis. ꝛ ita debet intelligi ista. l. ꝛ hec vera in ciuilibus: in criminalibus autē indistincte requiritur condēnatio: alias non habetur pro cōdemnato: etiam si pena pecuniaria veniat imponenda. l. si confessus. de
3 custo. reo. ¶ † Circa secūdam glo. queritur ꝙtum est tempus ꝙ datur iudicatis ad soluēdum. Breuiter dic qō si fuit actū actione reali non est prefixum tempus: ideo si res potest facile restitui compellitur statim restituere si non potest facere assignatur terminus arbitrio iudicis: cum cautione: vt institu. de offi. iudi. in prin. ꝛ. §. fi. Idem per omnia si fuit actū actione reali in rem scripta. q2 est similis sibi. l. qō si cū exceptione. §. si homo. quod metus cau. Si vero actione mere personali tunc olim dabantur duo menses: hodie quatuor. ſ. tit. j. l. fi. siue peteretur pecunia siue certa species. l. fideicommissi. de vsuris. Si vero actione mixta. vt in petitione hereditatis. tūc quatenus cōtinet venditionem rerum hereditariarū tunc idē ꝙ in primis. Sed quatenus continet personales prestationes idē qō in secundis: pōt tamē tps quadrimestre abbreuiari vel elongari arbitrio iudicis. l. ij. de re iudi. ꝛ si non subest causa iusta. licet minus tēpus iudex apposuerit in sententia vt si condemnauit ad dādum infra mensem supplet per. l. vt. l. iiij. §. si quis. de re iudi. Lapso au-
4 tem tempore † quod datur iudicatis capiunt pignora ꝛ postea vendunt. Sed quantū tēpus requiratur ꝙ transeat post capturam pignoris anteꝙ vendantur. de hoc loquitur. l. debitoribus de re iudi. in fi. ꝙ duo menses: ꝛ sic non loquit de tempore prefixo ad soluendū seu parendū snīe licet glo. aliquando ad hoc alleget. sed de tempore prefixo ad vendendū postꝙ sunt capta: et ista in causa ciuili. In criminali vero nō prefigit tēpus imo statim lata sententia postꝙ trāsiuit in rem iudicatā fit executio: q2 criminosus non meret tempus quod datur iudicatis miserationis gratia vt not. Innocen. in. c. querenti. de offici. delega. per statuta vero aliter disponit ꝛ illa sunt seruanda. Et ex his patet tota glo. expedita.

¶ De vsuris rei iudicate. Rubrica.

1 ¶ † In isto titu. tractat de vsuris cētesimis que currunt contra condemnatū postꝙ trāsiuit tempus qō datur iudicatis ad soluendum in penam condēnati. que sunt grauissime propter hoc durante illo tempore nec ille currunt nec etiam vsure contractus quādo tñ cucurrerunt pendente lite. nā per sententiam impeditur cursus earū ꝑpter hoc qō lapso tēpore debent currere tam graues vsure no. in. l. j. §. de iudi. ꝛ in consequētiā huius tractatur etiā in hoc titu. de tempore qō datur iudicatis quādo incipit currere. ꝛ an proficiat fideiussoribus datis de iudicato soluendo. licet non fuerant cōdemnati. an vero cōdēnato tantū vt in. l. vltima. in fi.

1 Si qui bona. ¶ † Pignora capta per executorem sententie vendi debent non solum pro sorte sed etiam pro vsuris centesimis que cucurrerunt lapso tempore dato iudicatis. Hoc dicit in effectu.

2 ☞ Lapsus temporis quod datur iudicatis interpellat ꝛ cōstituit condemnatum in mora.

3 Omne tempus legale qō datur ad soluēdum ei qui pure est obligatus dicitur dari miserationis gratia.

1 Eos qui. † Tempus qō datur iudicatis incipit a die sententie late si non fuit appellatum sed si fuit appellatū ꝛ appellatio valuit ꝛ super ea fuit pronunciatum bene iudicatum ꝛ male appellatum incipit currere a die huius secunde sententie: per quam prima confirmata est. h. d. Si vero appellatio non tenuit sed erat frustratoria ꝛ ita fuit pronunciatum incipit currere a die prime

die prime sententie sicut si appellatū nō fuisset ⁊ idē si tenuit tamen fuit deserta. qꝛ habetur pro appellato. ⁊ sic incipit currere a die prime sententie: vt. ſ. de temp. ap. l. ij. in gloss. q̄ incipit. Sed

2 nonne. quā tene mēti. ¶ † No. hic qd̄ lapsus tēporis qd̄ datur iudicatis interpellat. ⁊ constituit cōdēnatū in mora qd̄ patet qꝛ extūc incipiunt currere vsure propter morā. Videbatur cōtrarium ꝙ illud tempus datur condēnato miserationis gratia per. l. si cum inter. de cōpensa. vnde videbatur ꝙ nō interpellaret: licet secus in tempore conuentionali quod agatur gratia debitoris cause. illud bene interpellat: vt in. l. magnum. de contrahen. ⁊ commi. stipu. ſ. ⁊ tamen ista. l. vult cōtrarium ⁊ alias de hoc dubitaui. ⁊ de multiplici effectu istius tēporis qd̄ datur miseratiōis gratia vide plenissime per Bar. in. l. stipulatus la grande. de ver. obli.

3 ¶ † Et no. ꝙ omne tempus legale qd̄ datur ad soluendum ei q pure est obligatus dicitur dari miserationis gratia vt est tēpus annale quod datur marito ad restitutionem dotis soluto matrimonio: ⁊ tempus decem dierum qd̄ datur in constituto. de con sti. pec. l. promissor. cum alijs similibus. Glo. que est hic dicit qd̄ ista. l. corrigit. l. debitoribus. de re iudic. que dat duos menses ⁊ hic quatuor: sed contrarium est verius: quia illa loquit̄ de duob⁹ mensibus qui dantur ad vendendum pignora postq̄ fuerūt capta hic vero de tempore quod datur iudicatis ad soluendū anteq̄ pignora capiantur illud aūt quod ad istam. l. darentur duo menses ad parendum sententie non erat per. l. debitoribus. sed per aliam. l. in. l. se. circa fi.

2 ☞ Vsure vsurarum sunt probibite.

1 Sancimus. † Post lapsuȝ quadrimestris temporis quod datur iudicatis ad soluendum incipiunt currere vsure centesime sortis non aūt vsurarū in quibus facta est cōdēnatio qd̄ quatuor exēplis probat. h. d. vsq; ad ver. ⁊ cū antiquitas. Et pone casum qd̄ mutuaui tibi. x. sub vsuris ⁊ qd̄ cucurrerunt tot vsure que ascendunt ad. c. ⁊ qd̄ egi contra te tam ad sortem q̄ ad vsuras ⁊ fuisti condemnatus in ducentis scilicet. c. pro sorte. ⁊. c. pro vsuris. ⁊ qd̄ transiuit tempus quadrimestre ꝙ non soluisti queritur quando incipiunt currere vsure centesime que currunt ꝯtra cōdemnatum: ⁊ contumaces in soluendo. Et respondetur ꝙ lapso quadrimestri tempore. ¶ Itē queritur lapso quadrimestri an currant vsure tam sortis q̄ etiā vsurarum: nam si hoc eēt lapso anno post lapsum quadrimestris temporis cucurrissent vsure ducentorum scilicet. c. pro sorte. ⁊. c. pro vsuris: ⁊ sic posset fieri executio in quadrigentis. Respondetur quod non: sed pro sorte tantum ⁊ sic non fiet executio nisi in trecentis scilicet pro. c. contentis in prima condemnatione pro sorte non aūt pro alijs.

2 c. contentis in eadem pro vsuris. † Et hoc probat quatuor ratio

a nibus. Prima. vsure vsuraruȝ sunt probibite[a] nec reperitur iste casus exceptuatus. Secunda quia si hoc non esset sequeretur inconueniens quod minores vsure parerent maiores. naȝ vsus cōtractus non erat centesime: sed minores: ⁊ tamen lapso quadrimestri pro eis non solutis currerēt centesime quod esset iniustū: quia non debet esse maius accessorium q̄ principale. Tertia qꝛ contingeret inhumanitas: quia si forte condemnatus non potuit soluere: ⁊ propter hoc currunt vsure centesime pro sorte qd̄ nihilominus etiam currerent pro vsuris: quia nimis grauaretur. Quarta quia per sententiaȝ fuit facta nouatio actionis prime: non dico quod fuerit sublata. vt dicit gloss. que incipit. No. sed fuit ei noua forma data quia alia actio scilicet iudicati fuit adiuncta cum prima ⁊ fuit impeditus cursus vsurarum ipsius contractus quia incepturus erat cursus centesimarum: ⁊ sic sententia potius impediuit vsuras currere non ergo debet esse causa quod currant centesime pro vsuris iaȝ decursis. Et si dicatur ille vsure preteriti temporis in quibus facta est condēnatio post condemnationem non dicuntur amplius vsure: sed potius sors nam ita competit actio iudicati pro eis sicut pro sorte ergo non debet esse inconueniens quod pro eis currant centesime sicut ꝓ sorte. Respondetur quod originaliter fuerunt vsure nec capiunt nomen sortis ad hunc finem vt pariant maiores vsuras q̄ ipse sunt. hoc dicit in effectu: licet verba videantur aliquantulū obscura.

2 ☞ Contra fideiussorem de iudicato soluendo potest fieri executio.

3 Fideiussor contra quem est facta executio ex dicta causa sil'r pōt impetrare executionem contra principalem licet principalis nō sit sibi condemnatus.

4 An iste fideiussor de iudicato soluendo possit appellare a sentētia lata contra principalem quod sic pro suo interesse.

1 Et cum antiquitas. ¶ † Quadrimestre tēpus non solum datur cōdemnato: sed etiā fideiussori de iudicato soluendo contra quē pōt fieri executio: alias sequeretur qd̄ nec condemnato daretur si posset fieri executio contra fideiussorem ante lapsum quadrimestris temporis: nam ⁊ ipse posset quod soluit recuperare a cōdemnato: ⁊ sic sibi nihil proficeret legalis dilatio. hoc dicit i effectu. ¶ Not. primo quod olim condēnatus nō habebat quatuor menses sed duos. vt refert hic Imperator. lex autem debitorib⁹ in fi. ff. de re iu. que per glo. aliquando allegatur ad hoc non est illa que hoc probet: qꝛ ibi de duobus qui dabantur ad vendendum pignora capta pro executione sentētie. quadrimestre ergo tempus datur per hanc. l. ⁊ per alias nouas. vt in. l. precedenti.

2 † Item allegatur iste. §. ꝙ contra fideiussorem de iudicato soluēdo potest fieri executio: qꝛ hic dicitur ꝙ victor. i. actor cōsiderās ꝙ tempus quadrimestre dabatur principali condemnato. ⁊ nō fideiussori de iudicato soluendo relinquebat principalem condemnatum ⁊ ibat contra fideiussorem ⁊ compellebat. eum soluere. ⁊ fideiussor compellebat postea condemnatum ad sibi reddēdum. sed in cōtrarium qd̄ cōtra fideiussorē non debet fieri executio late sententie contra principalem: quia potest habere nouaȝ defensionē quā principalis nō habebat: puta pacti de non petēdo facti sibi ⁊ non principali vnde nō debet sibi auferri tūc ergo debet fieri contra eum executio quando sententia esset lata contra eū. Breuiter doc. dicunt ꝙ contrarium procedit in fideiussore contractus sed in fideiussore iudicij de iudicato soluendo nō procedit: quia imo contra eum potest fieri executio: qꝛ nō habet defensionē cum promiserit soluere illud in quo reus fuerit condemnatus ⁊ sic non habuit respectum ad se. ⁊ ita not. in. c. de in iu. ⁊ dam. da. lib. vj. ⁊ per Ber. in. l. j. iudic. solui. ⁊ hic per istum

3 tex. ¶ † Item no. quod fideiussor contra quem est facta executio ex dicta causa similiter potest impetrare executionem cōtra principalem: licet principalis non sit sibi condemnatus. vt patet hic quia si compellebatur soluere actori statim poterit repetere ab eo quod non esset si non haberet executionem: quinimo ipse idē qui fecit fieri executionem contra fideiussorem potest eam facere contra principalem ad instantiam fideiussoris licet regulariter non esset de sua iurisditione: vt not. ſ. de senten. l. cum eorum. et

4 ſ. vbi cause. fis. l. cum vendentis. per doc. † An autem iste fideiussor de iudicato soluendo possit appellare a sententia lata cōtra principalem. dic quod sic pro suo interesse: vt in. l. a sententia. ff. de appel.

¶ Si plures vna sententia condemnati sunt. Rubrica.

2 ☞ Si duo sunt mihi obligati quilibet insolidum: ita ꝙ vna solutio sufficiat: an possit iudex eodē modo quēlibet insolidum cōdemnare cum hoc quod sufficiat vna solutio.

3 Sententia nō est intelligenda scd̄m naturam actionis super qua lata est sed scd̄m naturam verborum.

An tantum sit dicere viriliter quantum equaliter.

1 Si non singuli. ¶ † Si plures condemnantur ad vnā summam simpliciter debitam ex vna causa quilibet censetur condemnatus ꝓ parte virili vel equali: ideo si vnus soluit partem suam nō tenetur soluere partem alterius licet alter sit non soluendo. ⁊ licet quilibet teneretur insoliduȝ vnica tamen solutio sufficeret. hoc dicit. ista l. cum sequen. ⁊ est notabilis. Pone ergo quod tu ⁊ titius tenebamini mihi in centum. ⁊ quilibet insolidum tanq̄ duo rei debendi: licet vnica solutio sufficeret: egi contra vos ambos ⁊ petij vos condemnari ad illa centum simpliciter secundum vnā lectu. vel quemlibet insoliduȝ cum clausula quod vnica solutio sufficiat. alias non procederet libellus: quia viderer plus petere q̄ mihi debeatur quia non debentur mihi nisi centum duntaxat. ⁊ ego peterem ducenta. iudex vos condemnauit ad dandū illa centum tu dedisti mihi quinquaginta. ⁊ cum a Titio peterem executionem sententie repertus es non soluēdo: volo recurrere contra te tanq̄ sis obligatus insolidum: vt soluas etiam partem que tangit titium queritur vtrum possim. Videbatur quod sic: quia quilibet vestrum erat obligatus insolidum nec ꝑ sententiam sublata est obligatio. Contrarium respōdetur: quia licet originalis obligatio sit insolidum contra quemlibet illa tamen que oritur a sententia non sic: quia quilibet videtur condēnatus pro parte nisi cōtrarium iudex dixerit: ideo si soluisti partem tuam non possum petere executionem sententie contra te ꝓ parte alterius. hoc dicit. ista. l. sequen. Sed si vellem iterum agere actione prima qua teneris insolidum. l. ista non prohibet quo

2 minus agere possim. ita intelligo tex. ¶ † Not. in princ. ꝙ si duo sunt mihi obligati quilibet insolidum ita qd̄ vna solutio sufficiat potest iudex eodem modo quemlibet insolidum condemnare cum hoc qd̄ sufficiat vna solutio. Et hoc est verum si ita fuit actum: ⁊ petitum: secus si simpliciter fuit petitum ambos cōdēnari ad tantā summā: qꝛ tunc videtur petitum qd̄ quilibet con

a ¶ Vsure vsuraꝝ sunt ꝓhibite. ad de doc. in aut. ad hec. C. de vsu. ⁊ in c. qꝛ in oib⁹. extra de vsuris.

demnetur pro parte ex natura verborum: vt. l. reos. §. cum in tabulas. de duo. reis. Et eodem modo intelligit in sña. vt est casus hic. ⁊ no. in spe. de sen. §. ij. circa fi. Videbat autem cōtrariū qđ tam libellus ꝙ sententia deberet intelligi ſm naturā pristine obligationis: ⁊ sic contra quēlibet insolidum cuius cōtrariū
3 ꝓbat iste text. vñ allegat† ꝙ sententia nō est intelligenda ſm naturam actionis super qua lata est sed ſm naturam verborum. ⁊ quod sententia sit stricti iuris: ⁊ nō importet vltra ꝙ de necessitate possit importare. sed hec verba possunt verificari in quolibet pro parte. vnde non extenduntur ad quemlibet insolidum. ¶ Aduerte quia glo. intelligit hanc. l. quatuor modis. tñ primus ⁊ tertius tendunt ad idem. s. quando duo erant mihi obligati ad centum viriliter qui est primus modus siue equaliter qui est tertius modus qui tendunt ad idem. Tñ em̄ est dicere viriliter quantum equaliter. iste modus non congruit litere: q2 tunc nō posset iudex condemnare quemlibet insolidum. cuius contrarium hic innuit. ⁊ sic qđ essent obligati quilibet insolidū. Jtē nō haberet dubium hec. l. ¶ Alius modus est qui est quartus qñ quilibet tenebatur pro parte tñ inequaliter. Pone exemplum in duobus quorum vnus erat institutus in duabus partibus de tribus: ⁊ alter in tertia parte. ⁊ mihi fuerunt legata centum primus tenetur ad duas partes. de. c. altera ad tertiam partem si egi contra ambos ⁊ petij eos condemnari in. c. ⁊ ita fuerunt condemnati. censetur quilibet condemnatus equaliter. ⁊ sic in quinquaginta ⁊ sic alter in plus ꝙ teneretur ⁊ alter in minꝰ. iste modus non placet: quia si egi contra eos tanꝙ contra heredes videor petijsse eos condemnari pro hereditaria portione: quia non in plus tenebantur. ⁊ ita videt iudex cōdemnasse ⁊ ista est rationabilior opi. ¶ Est ⁊ tertius modus intelligendi. ⁊ iste est verus ꝙ quilibet tenebatur insolidum ex eadē causa tamen ita qđ vna solutio sufficiebat. ⁊ tñ potest intelligi duobus modis. Primo ꝙ actor petijt eos condemnari ad. c. dixit quēlibet insolidum. ⁊ iudex ita condemnauit dubiū erat q2 verba libelli ⁊ ēt sententie videbantur ſm naturam actionis ⁊ libelli super qua datus vel lata erat ⁊ iste tex. vult contrarium. ideo no. ea que. s. dixi. Secundo modo potest intelligi quod petij quemlibet condemnari insolidum. ita quod vna solutio sufficiat: aliter nō procederet libellus. vt no. in. l. si mandato titij. §. paulus. ff. manda. iudex simpliciter condēnauit in. c. nec dixit quēlibet insolidum. certe videt condēnasse quemlibet in quinquaginta. Sed tūc cōtra q2 non valebat sña: q2 non est conformis libello. Respondetur ꝙ reputet cōformis postꝙ nō petebātur nisi. c. ⁊ in. c. lata est lꝫ non eo modo quo fuit petitum. s. contra quēlibet insolidum: sꝫ illud potius est accidentale ꝙ substantiale ⁊ non facit sententiā non esse conformeꝫ libello. Jtem videtur adhuc nō valere quia cum petatur certa quantitas super tota debet condemnari vel in totum absolui vel in condēnando pro parte. ⁊ in absoluendo pro altera parte alꝭ non valet sententia vt no. in. l. j. §. si aduersus rem iud. sed hic a quolibet fuerunt petita. c. ⁊ tñ non est cōdemnatus aliquis eorū nisi in. l. Dicunt quidā ꝙ in alijs. l. censetur absolutus. hoc est falsum. vt no. ibi in glo. ideo adhuc posset cōueniri actione prima insolidum quod non esset si videretur absolutus. Dic ergo qđ imo sententia est lata in tota quātitate petita. lꝫ non eodem modo quo fuit petitum: q2 fuerunt petita. c. ⁊ non vltra. ⁊ in. c. fuit facta cōdemnatio lꝫ non eodē modo quo fuit petitū: ⁊ istud non habet vitiare vt est hic casus. ¶ Vltimo gloss. opponit ꝙ ſm hoc condemnatio proderit condemnato cū tenetur in cētum ⁊ tunc non tenetur nisi in. l. contra. l. euidenter de excep. rei iudi. sed solue vt in glo. ꝙ imo non prodest quia remanet obligatus actione prima insolidum. lꝫ ex sententia nō fit obligatus nisi pro parte.

1 ¶ Persona. ad. de Saly. in. l. fi. §. cū fratre. in. j. nota. C. res iter alios acta.

¶ Quibus res iudicata non noceat. Rubrica.

2 ☞ Jlle qui agit rei vendicatione dicitur defendere rem suam.
3 Sententia lata contra vnum quando noceat alteri etiam non mandanti nec ratificanti nec scienti litem motam nec citato.
4 Res inter alios acta an alijs noceat.
Licet coniuncta persona sine mandato possit agere pro cōiūcta nec repellatur tamen sententia lata contra ipsam non nocet persone coniuncte pro qua agit.

1 
Jn neqꝫ. †Jste tit. loquitur de sententia lata contra vnum vel pro vno: an noceat vel prosit alteri: ⁊ dicitur qđ si ille nec mandauit litigare nec habuit ratam sententiam subaudi nec etiam sciuit illum litigare. ¶ Jtem subaudi nec fuit citatus ad causam pro suo interesse quod talis sententia nec nocet nec prodest sibi. Et hoc dicit totus titulus. Sed titulus. j. res inter alios acta loquitur de actu extraiudiciali an factus per vnum noceat vel prosit alteri. ⁊ eodē modo dicit ꝙ nō qđ intellige modo predicto. Et predicta non
2 solum in ciuili, sed etiā in criminali. vt in. l. iuris. j. eodem. † Jnter. ibi defensionem. i. actionem. ⁊ sic no. ꝙ ille qui agit rei vendi. dicitur defendere rem suā. Et dic ꝙ frater tuus egit ꝯtra me ad totam rem quam possidebam que erat communis inter te ⁊ ipsum ⁊ lata est sententia contra eum. ⁊ fuit absolutus vel quia nón probauit vel q2 fuit ꝓnunciatum rem esse meā hoc nō nocet tibi quominus possis agere ad partē tuā: ⁊ ꝓbare ꝯtrariū glo.
3 in. l. seq. dicit hanc regulā fallere in pluribus casibus. †Et aduerte q2 aliquando fallit vt noceat alteri etiā nō mandanti nec ratificanti nec scienti litem motā nec citato. vt in sentētijs que faciunt ius vt super querela inofficiosi. nā lata contra principalē puta heredem ad quem pertinet principaliter defensio testamēti noceat legatarijs indistincte. vt in. l. pap. §. fi. de inof. test. quorum cā dependet a cā heredis. querela em̄ rumpit testamētum: ⁊ sic de aliquo facit nullum. ⁊ hoc est dicere facit ius. sed ex testamento nullo non possunt legata deberi. ergo necessario sequitur ꝙ etiā ipsa rumpunt. Jtem in sententia lata super statu q2 si aliquis pronunciatur esse filius tuus habita lite tecum habet nō solum pro filio tuo quo ad tui preiudicium. sed pro cōsanguineo oīm consanguineoꝝ tuoꝝ: ⁊ sic succedit eis tanꝙ verus cōsanguineus. licet aliter nō probetur consanguinitas nisi per talem sententiam. l. ingenuum. de sta. ho. l. j. §. fi. de lib. agno. Aliquādo vero nocet alteri etiā nō mandāti nec ratū habēti citato tñ scienti litē inceptā ⁊ negligentē cōparere. ⁊ eam defendere. vt in casibus positis in. l. pe. de re. iudi. Aliqñ vero non ita demū si non doceat de preuaricatione facta inter litigantes. ⁊ hoc sufficit ⁊ non aliter vt. l. si cui. §. ijsdem. de accu. ⁊. l. eum q. §. in popularibus. de iureiur. Sꝫ in cā publica si vnus agit ⁊ succubuit vt nullus alius agere possit quasi facta fuerit illius qui preuaricatus fuerit. Extra istos casus nocet alteri si fuerit citatus vt in. c. inter quatuor. de ma. ⁊ obe. ⁊ qđ not. Cy. in. l. j. circa finē. s. de aduo. diuer. iud. ⁊ quod no. in. l. in cause. la prima. in. §. interdum. de mino. ⁊. l. cum miles. §. fin. quib. ex cauſ. ma. ¶ Vltimo
4 vide Cy. hic super illo brocardo. †Res inter alios acta alijs no-
a cere. Vltimo ex. l. ista ptꝫ ꝙ licet coniuncta persona[a] sine mādato possit agere pro coniuncta. vt in. l. sed he. ff. de procu. nec repellatur. licet constet ipsum non habere mandatum qđ non est in persona non coniuncta: q2 repellitur etiam si vult cauere de rato. vt in. l. pompo. §. fi. de pcu. attamē sña lata contra ipsum nō nocet coniuncte ꝑsone pro qua egit vt hic patet ⁊ sic nō proprie est procurator vel pcuratrix q2 sña lata cōtra pcuratorē nocet domino. l. iij. §. si forte. iud. sol.

¶ Cōminationes epistolas prográmata subscriptiones autoritatem rei iudicate non habere. Rubrica.

2 ☞ Si iudex mādat alicui ꝙ nō recedat de palatio sub tali pena nō incurrit penam licet recedat cum preceptum sit nullum.

1 
Ec vim. †Jlla sque requirunt cause cognitionē q2 afferunt preiudiciū: ⁊ sic sunt expediēda per sñiam diffinitiuā: ⁊ causa cognita si fuerint expedita sine cāe cognitione nō faciunt preiudicium etiā ei cōtra quem expedita sunt q2 dicitur nō sententia sed cōminatio vel epistola vel subscriptio vel ꝓgrāma que non trāseunt in rem iudicatam etiam si nō fuerit appellatū. h. d. totꝰ tit. Et istud summariū colligit ex. l. fi. ⁊ ex no. per Jnnocē. in. c. ij. extra de resti. in integ. in. iiij. col. in glo. que incipit videt. vbi omni no vide pro declaratione huius ti. Et. l. j. loquit in epistola que fit per preceptum: puta nisi sic feceris soluas penam vel vsuras. Lex. ij. loquitur in epistola que fit per preceptum puta mandamus vt soluas tali tñ ⁊ nisi solueris incurras penā vel sis excōmunicatus vel soluas vsuras. Tertia loquit in subscriptione si iudex requisitus ab vna parte porrecta supplicatione signauerit eam contra sentētiā diffinitiuā latam per se vel aliū. Quarta loquitur in interlocutoria. ⁊. l. pe. loquitur in ꝓgrāmate. ꝙ qua le sit dic vt in glo. Et vide qđ no. in specu. de sen. §. ij. ver. est quo
2 q2. in tit. de iuris. om. iudicū. §. fi. circa finem. † si iudex mandat alicui quod non recedat de palatio sub tali pena quod licet recedat non incurrit penam quia preceptum est nullum. de lega. ij. l. pater. §. iulianus agrippa. ⁊ vide quod not. Bar. in. l. j. si qs ius di. non obtemp. ⁊ adde qđ no. Jnno. in. c. ad aures. de tempo. appel.

¶ Si ex falsis instrumentis vel testimonijs. Rubrica.

2 ☞ Lata sententia pretextu falsorum instrumentorū si in alio iudicio fuit allegatum ⁊ examinatum de falsitate: licet non pronunciatum expresse: tamen lata sit sententia: an possit vlterius de falsitate

de falsitate allegari.

3 Condemnatus per falsa instrumenta si ꝓuocauit semel verbis ⁊ succubuit an poterit postea allegare falsitatē instrumenti.

4 Quo iure petatur rescindi sententia lata ex falsis probationibus.

5 Non sufficit probare ꝙ in causa fuit productus falsus testis vel falsum instrumentum ad hoc vt sn̄ia retractet̄ horū virtute nisi etiam ꝓbetur ꝙ iudex fuerit ea secutus.

Quid si fuerunt producta alia instrumenta que non probentur falsa.

6 An sufficiat probare ꝙ testis dixerit falsum si non ꝓbetur ꝙ fuerit corruptus pecunia.

Quid de falsitate instrumenti licet de corruptela notarij nō appareat.

7 Quid si qs astrinxisset se ad ꝓbandum corruptelam.

8 Exceptio falsitatis impedit executionē sententie qn̄ opponitur ante executionem factam.

Quid si presumptio sit contra opponentem quod hoc faciat calumniose.

9 Si executio sit facta repetitur solutum postq̄ fuit oppositū de falsitate ⁊ obtentum.

1 SI tabulas. †Sententia lata pretextu falsorum instrumentorum vel testium rescinditur per restitutionem in integrum etiā si trāsiuit in rem iudicatam tribus concurrentibus: scilicet ꝙ fuerint instrumenta vel testes producti: ⁊ ꝙ de falso non fuerit quesitum lite pendente et ꝙ iudex fuerit ea secutus ⁊ hoc prodest ad tria. scilicet ad sententiam rescindendam: ⁊ ad executionem impediendam ⁊ ad solutum repetēdum. hoc dicit totus titulus. Bar. ¶ †Et no. ꝙ iste

2 a titu. habet locum siue vtens falsis testibus vel instrumētis[a] sit siue dolo siue non. vt no. in. l. si ex fal. instrumen. §. de transac. per glo. ⁊ Bar. ⁊ licet in istis. ll. nihil dicatur de restitutione in integrum tamen ita debent intelligi sm̄ glo. in. l. ij. ⁊ in. l. fi. ⁊ probatur in. l. diuus. de re iudi. valet enim sententia mero iure nisi sit lata contra absentem: quia nō valeret si esset lata per falsas probationes. l. si pretor. §. marcellus. ff. de iudi. ⁊ in alio casu quam glo. allegat ista. l. j. dicit non obstare quod sententia transiuerit in rem iudicatam quominus de falso possit allegari si in alio iudicio non fuit allegatum nec examinatum. si autem fuisset allegatum ⁊ examinatum licet non pronunciatū expresse si lata esset sententia censeretur tacite pronunciatum non esset falsa vel falsi. ideo vlterius non posset de falsitate allegari. al's nō esset litiū finis: ⁊ hoc probatur in. l. fi. circa fi. §. de fide instrumento. ¶ In tex. ibi: Quas sequutus. hoc dicit propter. l. falsam. j. e. q2 si produci testes qui potuissent dicere verum nec reprobantur de falso licet fuerit productum instrumentum falsitatis si iudex non fuit ipsum secutus non reprobaretur sentētia: ideo expedit probare qȯ fuit secutus falsum instrumentum vel falsos testes quādo alij sunt producti. Sed si non fuit productum nisi falsum instrumentū vel falsi testes sufficeret probare istam falsitatē absq3 eo quod probet iudicēm fuisse secutum: quia hoc presumitur ex quo nulli alij sunt producti quos sequi potuit. ¶ In tex. ibi falsas dicere vis subaudi ⁊ petere te restitui aduersus sententiam ⁊ causam rescindi. vt. d. l. diuus. Et infra tēpus quod datur ad petendum restitutionem: ⁊ sic infra quadriennium continuum postea non audiretur. l. fina. de tempo. in integrum restit. ¶ In textu ibi probabit notionēs suam: subaudi ⁊ si reperiret: ita esse restituet te in integrum: ⁊ rescindet sententiam: ipse tamen in causa principali non pronunciabit licet iudex appellatiōis hoc facere possit quoniam appellatio deuoluit negotium ad iudicē appellationis non sic ad iudicem restitutionis in integrum. dabitur ergo alia sententia contraria: vel etiam non contraria sm̄ ꝙ fuerit probatum ⁊ sententia rescissa habetur pro nulla. ¶ In

3 l. ij. querit hic glo. † tertius loquitur quando condemnatus ꝑ falsa instrumenta non ꝓuocauit quid si prouocauit semel vel bis ⁊ succubuit an poterit postea allegare falsitatem instrumenti. Videtur ꝙ non: vt in. l. iij. §. falsus. ff. rem ratam habe. quasi appellando sententiam approbauerit. Contrarium tenet glo. ⁊ bene quia primo appellando non approbat sententiam sed reprobat. nec ob. contrarium quia ibi dominus appellauit a sentētia lata contra suum falsum procuratorem bene approbat factū falsi procuratoris: vt potuerit agere vel litigare ac si habuisset mādatum. Si enim non approbasset non erat sibi necessaria appellatio sed sententiam non videtur approbasse: ⁊ hoc facit contra Bar. in. l. posthumo. §. de contratab. vbi dicit quod preteritus intentando contratabu. approbat testamentum vt reprobet qȯ est falsum: quia in contratabu. non adaptatur ad approbandū sed ad reprobandum. ⁊ quia esset sibi contrarius eodem respectu approbare ⁊ reprobare. Sed in. l. iij. §. falsus non est sibi con

4 trari9: sed circa diuersa vnū approbat ⁊ aliud reprobat. ¶ †Itē queritur quo iure petatur rescindi sententia lata ex falsis ꝓbationibus. Glo. dicit ⁊ bene ꝙ per restitu. in integ. licet hoc non dicat̄ per. l. diuus. ff. de re iudica. Aliquando tamē sententia est nulla vt in casu quem ponit gloss. ⁊ in alio quando contra absentem: et indefensum per falsas probatiōes. vt in. l. si pretor. §. marcellus. de iudi. debet ergo petere restitutionem infra quadriennium continuum a tempore late sententie. vt. l. fin. de tempo. in integ. restitu. ⁊ hoc si non fuit appellatum. sed si fuit appellatū videtur ꝙ incipiat currere post sententiam latam in causa appellationis. et ꝙ pendente causa appellationis non currat. arg. in. l. contra maiores. §. eum qui. de inofficio. testamē. §. quia sententia non transiuit in rem iudicatam. ⁊ sic non erat necessaria restitutio: quia poterat de falso opponere pendente lite ipso iure sine restitutione etiam post terminum datum ad appellandum: quia sibi potest queri post sentētiam que transiuit in rem iudicatam: ergo fortius ante: licet post terminum. vt in ca. licet

5 causam. de probatio. ¶ †In. l. fal. not. hic ꝙ non sufficit probare ꝙ in causa fuit productus falsus testis vel falsum instrumentum ad hoc vt sententia retractetur horum virtute nisi etiā probetur ꝙ iudex fuerit ea secutus. ⁊ sic ista duo necessariū est probare sm̄ Innocen. in. c. licet causam. per illum text. ⁊ per. c. cum J. ⁊ A. de re iudi. ⁊ hoc est verum quando erant producta alia que non probantur falsa. ⁊ sic iudex potuit sequi illa: ⁊ non ista que erant falsa alias si non nisi falsa non expedit aliter probare:

6 quia censetur illa tātum secutus. ¶ †Sed querit gl. an sufficiat probare ꝙ testis dixerit falsum si non probetur quod fuit corruptus pecunia. Quedam ꝙ non sufficit: vt restituatur in integrū per. l. diuus. de re iudica. Glos. determinat contrarium: quia sufficit probare falsitatem instrumenti licet de corruptela notarij non apparet: ergo eodem modo sufficit probare falsitatem testium quia testes et instrumenta equiparantur. vt. l. in exercendis. de fide instrumentorum. Adde quod econuerso sufficit probare corruptelam testium per pecuniam: licet non probetur falsitas depositionis sue: quia eoipso dicitur falsus quod permisit se corrumpi. vt notatur in dicto. c. licet causam. ⁊ sufficit hoc ad

7 rescindendam sententiam. ¶ †Si tamen quis se astrinxisset ad probandum corruptelam: quia in libello hoc copulatiuum posuisset: quod talis testis corruptus pecunia falsum dixerit: haberet necesse ꝓbare vtrunq3 si per modum qualitatis hoc adiunxit: vt in. c. licet causam. secus si non per modum qualitatis: sed per modum substantie duo copulauit. Quod dic per Bartolum in dicta. l. diuus. ¶ †In. l. finali nota quod exceptio falsita-

8 tis impedit executionem sententie quando opponitur ante executionem factam. quod intellige nisi contra opponentem sit presumptio quod hoc faciat calumniose: et tunc fit executio prestita cautione per actorem qui petit eam fieri de restitutione quod accepit si contingat quod opponens obtineat. vt in capitulo scitata. de restitutio. in integrum. ⁊. l. ij. j. de fal. Item est verum quod hic dicitur quando apparet falsitas sine alijs probationibus extrinsecis. vel si non apparet offertur probatio incōtinenti. alias cum executio fiat summarie nō admittitur exceptio habens altiorem indaginem: vt in. l. a diuo. §. si super. ⁊. i. prima de

9 re iudicata. ¶ †Item not. quod si executio sit facta repetitur solutum: subaudi postq̄ opposuit de falsitate obtinuit ⁊ fuit rescissa sententia.

a ¶ Instrumētis. Adde an vtēs falso instrumēto puniri debeat: ac si ipse falsasset. vide per archi. in. c. in memoriā. xix. di.

¶ De confessis. Rubrica.

¶ Super gloss. rubrice dum dicit quod ti. de inter. act. habet locum ante lit. contest. iste vero post reprehēditur in vtroq3 dicto. nam ille non solum ante: sed etiam post lit. contest. vendicat sibi locum vbicunq3 iudici videbitur. vt. l. vbicunq3. eodem titulo. Item iste non solum post litis contestationem. imo etiam ante locum habet. quinimo potius anteq̄ post: dum dicit quod confessus habetur pro condemnato: ⁊ sic non requiritur alia cōdemnatio. et quod compellitur soluere. ⁊ sic contra eum fit executio ex sola confessione: nam ista procedunt si lis non erat contesta. quo casu non est necessaria sententia. sed fit sibi preceptum de soluendo. vt in. l. si debitori. cum ibi not. ff. de iudi. Sed si facta esset post lit. contesta. requireretur sentētia. ⁊ ex illa fieret executio. Dic ergo quod ille titu. loquitur cum fit confessio super preparatorijs iudiciorum non super eo ad quod principaliter agitur hic quādo super eo. ⁊ sic super decisorijs: ⁊ si fiat ante lit. contest. procedit quod. §. dixi. Si fiat post lic et ferenda sit sentētia ex qua orietur actio ⁊ executio: nihilominus gloss. hoc vult in versi. item habetur pro iudicato quod etiam habeat locum quod hic dicitur: ⁊ sic actor possit eligere quam viam vult vel petere executionem sententie vel ipsius confessionis. et que sit vtilitas tangit gloss. in versi. et si queris quid prodest et cetera.

Iudicio. adde qd de prelato qui fuit cõfessus in iudicio an noceat ecclesie. vide p Cy. i l. j. C. de cõfes. bar. in. l. certũ. in. §. si ante tps. ff. eo. gl. in. c. dudũ. el. ij. de elec. gl. ⁊ doc. in. c. si. de prescrip. gl. i ca. venerabilis. de exce. spec. ti. de cõfes. in. §. fi. archi. i ca. hoc ius porrectũ. Alex. in. c. cõstãtinopolitana. xxij. dist.

quia interest nostra habere plures actiones et plures vias ad exigendum: quia si succumbat in vna: redire potest ad alteram.

1 Confessio facta in iudicio ⁊ cõfessio facta extra iudiciũ qualiter differant. ⁊ nu. 4. ⁊ nu. 9. ⁊. 1.
2 Confessus in iudicio habetur pro iudicato nisi sequatur sñia in contrarium que tollit vim confessionis.
Confessio qñ dicitur facta in iure.
3 Qñ talis confessus non possit a confessione sua recedere sine causa: ⁊ qualis causa esse debeat.
4 Confessus in iure compellitur soluere per preceptum iudicis: et lapso tempore ad soluendum dato a iure et etiam non lata alia sententia.
5 Que requirantur ad hoc vt confessus habeatur pro iudicato. et quod non possit venire contra et quod cogatur soluere. nu. 8. 9. 11. ⁊. 12.
6 Confessio facta extra iudiciũ an inducat prohibitionem. ⁊ nume. 9. ⁊. 12.
7 Quid si facta sit ad liberationem.
8 Quid si continet preiudicium super actione reali vt si confiteor rem quam possideo esse tuam cum sit mea.
9 Positio iuris quare non admittatur.
10 Que vtilitas sit q cõfessus in iure habeatur pro iudicato.
11 Confessio tutoris aut curatoris vel etiam pcuratoris an noceat pupillo vel adulto vel etiã dño.
Confessio quod tripliciter dicatur coacta ⁊ que confessio coacta illicita.
12 Confessio facta absente parte an teneat: et quid in vltima voluntate.



1 Onfessos. †Ad euidentiam pmitte q ista. l. loquitur de cõfessione facta in iudicio licet glo. magna plura dicat que conueniunt confessioni: etiam facte extra iudicium. Est ergo alia que fit extra iudicium: de qua loquitur glo. generaliter. C. de non numera. pecunia. ⁊ ibi tangitur per Cy. materia istius sed Bart. eam tangit hic in quadam repetitione quam fecit de ista
2 l. ⁊ vtilius q Cy. †Item scias quod differentia est in pluribus inter factam in iudicio ⁊ extra iudicium. Primo quia facta in iudicio habet vim sententie subaudi condemnatorie vel absolutorie. nam si reus confiteretur haberetur pro condẽnato: si actor confiteretur contra se ⁊ reus haberetur pro absoluto. ideo text. hic caute dicit pro iudicatis: non dicit pro condemnatis. Itẽ secundo differunt quod sequitur ex primo quod facta est in iudicio per reum inducit obligationem ⁊ actionem in factum sicut ipsa sententia: ⁊ sic inducit dispositionem; licet ipsa non sit dispositio sed denunciatio. qui enim ꝯfitetur se mihi teneri non se mihi obligat in forma: sed enũciat iam se obligatum et nihilo minus ista enunciatio dispositionem inducit ⁊ obligat ipsum licet prius non esset obligatus. Sed facta extra iudicium non inducit obligationem: sed facit probationem vt. l. publica. §. fin. ff. depositi. Item tertio quia facta in iudicio per reum habet executionem paratam: vt hic in fine: dum dicit quod soluere cogitur supple ad iudicis mandatum: ⁊ lapso tempore quod datur iudicatis de iure communi vel lapsis decem diebus. de consuetudine: vt notatur in. l. si debitori. de iudiciis. Sed facta extra iudicium non habet executionem cum non pariat actionem vel obligationem: sed solam probationem ⁊ sic expectatur sentẽtia ⁊ ex illa fit executio. Item quarto: ⁊ illud no. quod est fundamẽtum totius materie: quia si facta est in iudicio scienter nocet. nec audiretur confessus volens probare veritatẽ fore in contrarium si non habet iustam causam de nouo superuenientem; sed solum fundat se quod confessio fuit falsa ⁊ q non potuit immutare veritatem. Si enim aliud non dicit non auditur: quia iam est obligatus ex sua confessione: ⁊ probatio in contrarium non tolleret hanc obligationem. Sed confessio facta extra iudicium etiam scienter cum non pariat obligationem vel actionem recipit probationem in contrarium ⁊ debet audiri volens contrarium probare quia vna probatio que facta fuit per confessionem recipit aliam probationem in contrarium: vt in. l. cum de indebito, de probatio. ⁊ ita intellige. l. cum falsa. s. de iur. ⁊ fac. ignoran. siue fiat super reali actione: quia fuisti confessus rem quam tenes esse meam. ⁊ nũc vis probare quod imo est tua. siue enim per errorem fuisti confessus siue ex certa scientia admitteris: quia illa confessio non potuit veritatem immutare; siue super personali vt si fuisti confessus te mihi teneri: ⁊ nunc vis probare contrarium. nam eadẽ ratio est quod veritas non fuit immutata: ⁊ sic secunda probatio potest tollere precedentem sz nõ posset tollere obligationem ⁊ actionem que fuissent orte ex cõ-

fessione facta in iudicio. ⁊ per hoc iste text. dum dicit quare sine causa ⁊ c. quod habetur in. l. rura. j. de omni agro deserto. li. xj. ⁊ quod ibi per Bar. Et predicta quando concurrunt illa de quibus in gloss. vsq ad ver. item habetur pro iudicato: quia si non concurreret talis confessio etiam facta in iudicio nõ faceret preiudicium quominus possit probari contrarium ⁊ hec est inten-
2 tio glo. †Dicit ergo ista lex tria. Primo q confessus in iudi-
a cio[a] habetur pro iudicato: quod intellige verum nisi sequat sententia in contrarium que tollit vim confessionis. vt not. Bald. sm Innocen. in. l. si quis in hoc genus. de episco. ⁊ cleri. Et dicitur facta in iure quando iudice sedente pro tribunali. ⁊ quando coram iudice competenti. alias nõ valeret. vt in. c. at si clerici. de iudi. sed illa que fit super preparatoriis potest fieri eo etiam non
3 sedente pro tribunali vt in. l. voluit. de interro. act. †Item valet etiam si fiat sine interrogatione. vt not. eo. titu. si sine. Secundo dicit q ab ea non potest confessus sine causa recedere: cũ causa ergo posset vt si diceret se per errorem fuisse confessum ⁊ facti non iuris: quia error iuris in iudicio non prodest. vt in. l. non fatetur. ff. eo. sed facti sic. contrarium probetur vsq ad sententiaz. vt in. l. error. s. de iur. ⁊ facti igno. ⁊. l. error. ad. l. fal. Uel si allegatur causa de nouo superueniens: alias non sufficit allegare q cõfessio sit falsa ⁊ offerre se paratum probare falsitatez quia potest sibi replicari quod sibi imputet: postq sponte fuit confessus q potuit sibi preiudicare interuenientibus illis de quibus in gl.
4 †Tertio dicit q cõfessus in iure compellitur soluere q intelligitur scilicet precepto iudicis ⁊ lapso tempore ad soluendum dato a iure. ⁊ etiam non lata alia sententia. Et idem videtur si esset facta extra ius: si tamen fuit reiterata. vt. j. de agric. ⁊ censi. l. cum scimus. ⁊ quod ibi per Bartolum. adde aliam differẽtiaz quia confessio iudicialis valet etiam sine causa expressa vt si confiteris te mihi teneri in. c. nec dicas ex qua causa nihilominus inducitur obligatio ⁊ actio ⁊ executio. Sed si est facta extra iudicium sine causa non valet nec facit probationẽ. l. cum de indebito. §. fi. cum ibi no. de proba. et si exprimitur causa obligatoria id est habilis ad obligandum bene valet. tamen non statim semper habet effectum. quia fit differentia inter causam mutui vel dotis receptam. et tunc inducit obligationem post lapsum temporis. de quo in titu. de non numera. pecu. et in tit. C. de do. cau. non nume. In aliis causis statim preiudicat. vt in. d. l. generaliter. et hoc si fit a reo. et si ad obligandũ. si autem ab actore ad liberandum. Aliquando statim inducit liberationem. vt in. l. tale pactum. ff. de pactis. cum confiteretur reum sibi teneri quia vim habet pacti de non petendo. Interdum post. xxx. dies vt si confiteretur sibi fuisse solutum debitum. vt in. l. in contractibus. C. de non nume. pecu. nisi in quibusdam casibus quod dic vt ibi. Super ista. l. est vna glos. magna satis notabilis recolligens totam materiã que est quotidiana ⁊ vtilis. Et in effectu ponit in ista. l. duodecim limitationes quarum sex prosequit a prin. ver. Item habetur p iudicato ibi examinat duas questiones vsq ad versiculum item est necesse. Postea ab illo ver. vsq ad versi. vnde versus. ponit alias sex limitationes. postea ponit versus et duas questiones. et hec est substantia gloss. Bart. prosequitur quamlibet limitationem de per se formando sup quãlibet vnam oppositionem. sed clarius et leuius est procedere sm quod glo. procedit. et quelibet limitatio recipit alias limitatio-
5 nes et declarationes. †Uult ergo in effectu quod illud quod dicitur in text. quod confessus habetur pro iudicato et qd non possit venire contra et quod cogatur soluere. et sic fiat executio ad hoc vt illa procedant: ista sunt necessaria. Primo quod confessio sit facta in iure. secus si extra ius. Item quod sit facta contra ipsum confitentem. secus si pro se. Item quod contineat aliquid certum. secus si incertum. Item quod illud quod continet sit tale quod nec ius nec naturã respuit. Item quod sit tale pro quo possit agi contra alium. Item quod causa ciuilis: secus si criminalis. Et iste sunt sex prime limitationes. primo ergo dicit gloss. quod ad hoc vt procedat istud quod dicitur in textu. requiritur quod confessio sit facta in iure id est coram iudice pro tribunali sedente. vt dixi supra. licet in preparatoriis sufficiat
6 etiam si non sedeat vt. j. dicit glo. in ver. et intellige. †Sed tũc queritur quid si sit facta extra ius clarum est quod confessus nõ habetur pro cõdemnato nec ex ea inducitur obligatio nec actio nec fit ex ea executio de quibus loquitur tex. sed an inducant probationem presupposito quod fuerit sponte facta et non per errorem. Item enim est effectus confessionis extraiudicialis. vt in l. publia. §. fina. depo. An ergo omnis confessio extraiudicialis
7 habeat hũc effectum. †In glo. sunt due opiniones vna quod non: que dat pro regula quod non valeat supple ad inducendam etiam probationem nisi tendat ad liberandum quia tunc valet etiam sine causa et non solum inducit probationem sed liberationem. quia habet vim pacti de non petẽdo. l. tale pactum in princi.

in principio. de pactis. vel nisi cum tendat ad obligandum con-
tineat causam habilem ad obligādum si esset vera: vt si confite-
ris te mihi teneri ex cā venditionis vel emptionis vel depositi
aut commodati quibus casibus statim inducit probationem
non dico obligationem vt differat a precedenti vt.l. generaliter.
supra de non numerata pecunia. Sed aliquando nō statim sed
post certum tempus vt in mutuo et dote. vt in titulo de non
numerata pecunia de dote cauta non numera. Ioan. tenuit eā
indistincte valere subaudi quando esset facta sponte ꝛ nō ab er-
rante quod glo. reprehendit: sed aduerte dum glo. dicit qđ quā-
do facta est ad liberationem valet et liberationē inducit statim
procedit quando verba confitentis referuntur ad ius quia cre-
ditor confitetur debitorem sibi non teneri quasi videatur sibi fe-
cisse pactum de non petendo. ꝛ ita loquitur lex tale. sed si refe-
runtur ad factum puta se recepisse a debitore tātam pecuniam
pro debito in quo sibi tenetur non habet vim pacti. nec statim
preiudicat quo ad probationem sed demum post triginta dies
inducit probationem. vt in.l. in contractibus. supra de non nu-
merata pecunia. Et est longa differentia quia quando inducit
liberationem licet postea velit probare contrarium quod imo
sibi tenetur non auditur: quia per hoc non rumpitur pactum:
sed in secundo casu quando inducit probationem recipit pro-
bationem in contrarium: etiam si sponte fuit confessus: quia
per hoc non immutatur veritas rei ꝛ vna probatio recipit pro-
bationem in contrarium. ¶ Item intellige quando fuit con-
fessus in debito personali: secus in actione reali vt si confiteor
rem quam tenes esse tuam cum tamen sit mea non videor pro-
pterea te liberare a restituendo per pactum tacitū: vt no. Bar-
tolus in.l. tres fratres.ff. de pactis. Inquantum autem glossa
dicit quod si fit ad obligandum requiritur causa: alias non va-
let.l. cum de indebito.§. fina. de probationibus. In hoc differt
extraiudicialis a iudiciali: in qua iudiciali non reqrit̃ expressio
cause ſm omnes. Item intellige de causa habili ad obligatio-
nem inducendam. Item intellige quod fuit specialiter expressa
non enim sufficeret confiteri se teneri ex causa debiti sed debet
exprimi: puta ex contractu emptionis vel venditionis non ta-
men requiritur singularis expressio talis rei ſm Bartolum per
8 l. si filius. de donationibus. ¶ † Sed quid si continet preiudi-
cium super actione reali: vt si confiteor rem quam possideo esse
tuam cum sit mea: nec exprimo causam. An ista confessio ꝓbat
intentionem tuam volentis agere rei vendicatione si non pro-
bo contrarium. Respondeo sic licet non contineat causam que
